est, non potest habere perpetuam caussam. Aqua vero, quę ex cœlo cadit, habet perpetuam caussam. Hominis opus non potest esse perpetuum, quia nec opifex perpetuus est. Eadem ratione, caussa aquę cęlestis perpetua est, quia cœlum perpetuum est. Seruitus verò requirit perpetuam caussã, nec contenta est caussa temporali. Inde concludit, quãdo seruitus perpetua non est, non esse seruitutem, & per consequens, nec tempore adquiri posse. Ita exponunt hũc text. Donell. & Osual. lib. 11. c. 3. Connanus lib. 4. cõment. cap. 9. Cujac. lib. 11. obseruat. c. 3. Parlador. lib. 1. rer. quotidian. c. 1. §. 18. n. 24. Galuanus d. c. 12. de vsufr. pag. 110. Mella d. 1. parte de vsucap. c. 6. pag. 66. & seq. & alijs multis. Si ergò quæratur, cur in d. l. 28. tempore non possit adquiri seruitus iniiciendi aquam per foramen; dicẽdum est; quià non datur talis seruitus: & prius est, quod possit esse seruitus, quam, vt possit tẽpore adquiri. Si esset seruitus, & posset constitui quolibet alio titulo; etiam posset adquiri tempore. Quod probo ex textu eleganti & hũc adducendo in l. 2. ff. communia prædiorum, vbi proponitur, Titium imposuisse seruitutem Castello, in quo rotam fecerat, de aqua per rotam haurienda, vel tollenda de flumine. Quod etiam opus est manufactum, nec habet perpetuã caussam. Ideò apud Iuris-peritos dubitatum fuit, vtrum hæc seruitus iure constitui posset? Supponitq; iure non valuisse seruitutem. Sed nihilominùs ex rescripto Antonini, vtilitèr in seruitute tuendum esse proptèr rei rusticæ vtilitatem; si hac lege fundum comparauit, vel quocumq; alio legitimo modo hoc ius quæsijsset, textum elegantèr explicant Cujac. lib. 3. obseruat. cap. 28. & Petrus Pithæus lib. 2. aduersarior. cap. 16. & Menochius, qui de obscuritate textus enixè quæritur, de retinend. remedio 6. ex n. 66. Tantum ex eo noto, vbi seruitus vtilitèr potest constitui, etiam per longam possessionem adquiri posse: quã adquisitionem, siuè tuitionem etiam comprehendere possunt illa generalia verba: *seu alio quocumq; legitimo modo.*

10 Sed cum admiserimus impropriam hanc vsucapionẽ seruitutum post legem Scriboniam, & contrà ipsam: videtur prorsus inutilem, & vanam eam relinquisse;

super-

superfluasque omnes leges, quæ prohibitam earum vsucapioneem approbant. Est enim differentia verbalis, non realis, quod sit impropria, vel propria vsucapio, vt hactenus diximus, cum ijdem sint effectus. Sed obseruandum est, vtrumq; verum esse, & prohibitam fuisse vsucapionem, & tanquam rem diuersam admissam, quasi vsucapionem. Quia vetus vsucapio tantum indigebat ad vscapionem seruitutum biennio, vt ad rerum immobilium. Vt colligitur ex Paulo lib. 1. sent. tit. 17. §. 2. infrà explicando, & alijs locis ibidem adducendis. At impropria vsucapio iterùm introducta, receptaq; fuit ex longi temporis consuetudine, vt dicitur in d. l. 1. C. de seruitu tib. & aqua. Ex longa possessione, vt in d. l. apparet 5. §. si quis de itinere actuq; priuato, diuturno vsu. vt in d. l. si quis 10. si seruit. vindicet. vel ex vetere vsu, vt in l. vsus 4. Cod. de aquæductu lib. xj. Quæ phraseis non à Triboniano immutatæ fuerunt, vt in multis alijs locis in quibus agitur de rerũ immobilium vsucapione; sed reuerà proditæ sunt ab ipsis I. C. (vt censet Galuanus sæpè laudatus) qui prohibita vsucapione seruitutũ, non alitèr censuerunt impropriam posse introduci, quam ex longa patientia domini prædij seruientis, & ex longo vsu domini prædij dominantis. Hic verò longus vsus, vel diuturnum tempus decem annorũ intèr presentes, & viginti intèr absentes ad minùs reputatur apud Paul. lib. 5. sent. tit. 2. de vsucap. §. longi 2. & tit. 5. de effectu sent. §. res 6. & in rub. C. de longi tẽporis præscr. decem, vel viginti annor. in qua text. in l. vlt. hanc interpratione clarè suadet: cum enim illã quæstionẽ denuò decidat, quis cẽsendus sit absens, in qua tantùm parte noua sanctio est: inquit Iustin. in fine idem dicẽdum esse in seruitutibus longo tẽpore adquirendis. Igitùr quià olim decennio, & biennio adquirebãtur. Quæ est cõmunis nostrorũ sententia, quãm post Accurs. docent Cujac. lib. 18. obser. c. 28. Reuard. in Tribon. n. 9. Galu. d. c. 12 de vsufr. num. 6. alij apud Osual. ad Donell. lib. 11. c. 12. litt. C. Receptaque est in hac Schola contra Cujac. qui in l. 4. C. de pręscrip. triginta. vel quadraginta annorum;

 bicen

bicenniũ semper necessarium esse contendebat ad adquirendas tempore seruitutes , cuius sententiæ accedit Fachinæus lib. 5. controuers. cap. 22. vers. longissimo.

11. Quod si tempus, per quod vsus est, qui seruitutem sibi asserit, immemoriale sit, de cuius origine, siuè initio hominum nulla extet memoria tùnc non est dicẽdum impropriè vsucapi seruitutem, quasi vsucapi, aùt tẽpore adquiri; vt de decennali, aùt bicennali vsu suprà dicebamus. Sed confidentèr asseuerandum est, propriè, & recte impositam censeri, iureque esse constitutam, l. hoc iure 3. §. ductus aquæ de aqua quotidiana, & æstiua. illis verbis: *Ductus aquæ, cuius origo memoriam excedit, iure constituti loco habetur.* Id est immemorialis quasi possessio seruitutis est loco tituli, & supponit legitimam constitutionem. Idem docemur in lege 2. §. 1. de aqua, & aquæ pluuiæ arcendæ actione, in quo Labeoni propositum fuit extitisse veterem fossam agrorum siccãdorum caussa; nec memoriam extare, quando facta fuisset. Quam vicinus non purgabat, vndè fiebat, vt ex restagnatione fossæ, aqua noceret fundo meo. Concedit mihi tanquam ex seruitute constituta actionem aquæ pluuiæ arcendæ, ad hoc vt vicinus purget fossam, vel patiatur, vt veteri formæ restituatur. Ergò in hoc casu non censetur impropria seruitus, nequè actione vtili, aùt tuitione pretoris indiget, qui vsus fuit; secùs si per longum tempus vsus fuisset; Hanc distinctionem expresse pæstiterunt M. Lyclama. *dict. lib. 2. ecloga 6.* & Cuiac. & Antonius Fab. quos laudat Osuald. lib. 11. ad Donell. cap. 11. litt. M. & indicarunt satis, differentiam intèr vtrumquè tempus tradentes Connanus, *lib. 4. comment. cap. 12 num. 17.* Fachineus *lib. 8. controuers. cap. 22. versic. secundò.* Menochius de retinenda poss. remed. 6. ex num. 124. & Couarrub. doctissimè in regula possessor. 2. parte in princ. num. 11. qui ad prædictam differentiam quàm multos laudat. Vndè reijciendi sunt Parlador. lib. 1. rer. quotid. cap. 1. §. 8. num. 36 Otero d. cap. 18. de pascuis num. 25. qui existimarunt per tempus ordinarium exceptionem tantum adquiri, non actionem, contra

trà d.l.si quis diuturno,& alios supra adductos:sed per immemorialem vtilem in rem actionem competere præscribenti. Non obtrudo in pręsenti ius, effectusq; immemorialis præscriptionis, quos ex professo 2. parte huius tractatus præbui.

12 Illud tamèn non facilè concedendum est, quod supponit Lyclama d.cap.6. & antè cum Antiquioribus supposuerat Molina, lib. 2. de Hispan. primog. cap. 6. à num.12. vetustatem in d.l.1.§. vlt.& in d.l.2.in principio de aqua, & aquæ pluuiæ arcend. actione significare tempus immemoriale. Nec enim hæc significatio iuri congruit; cum vetus consuetudo in l.4. C. de aquęd. libr. 11. tempus ordinarium significet. Et quià in d.l.2. expressè Consultus affirmat, vetustatem pro lege,iure, aut titulo haberi,minuendarum litium caussa: quę verba non conueniunt tempori immemoriali, quod absque vllo prætextu,aùt iustus titulus est, aùt illum præsupponit præsumptione iuris, & de iure, quæ probationem in contrarium excludit, vt multis fundat Otero in d. tract. cap. 17. per totum.

13 Nùnc quibusdam vulgaribus obiectionibus breuitèr satisfaciendum est. Primò opponitur locus Pauli lib.1.sentent. tit.17.§.2. ibi: *Seruitus hauriendæ,vel ducedæ aquæ biennio omissa intercidit,& biennio vsurpata recipitur.* Sed vt Cujac.hìc animaduertit,hic textus loquitur de vsurpatione,non de vsucapione seruitutis. Vsurpatio est reparatio, siuè restauratio seruitutis amissæ; quæ vt amittitur biennio, ità si posteà biennio vsurpetur, redintegratur. Quià par caussa parem æquitatem desiderat, vt de vsucapione agens inquit Cicero in topicis circà princip. Si de Sęculo Ageni Vrbici dubites,neque ad Augustum velis referre, vt feci suprà num. 2. verba ibi relata in hoc eodem sensu potest interprætari,vt dicat seruitutem vsucapi posse,non omnem,sed eam,quę biennio amissa fuit. Et Galuan.d.cap 12 de vsufructu pag.106.& seq. eodem modo intelligit locum Papiani I. Consulti sub titulo 18.lib. singul.resp.qui est de clusis, itinerib.& alijs seruitutib. vbi sic

ait:

ait: *Aquæcursum & adquiri, & amitti biennio constat. Viam, iter, actum, hoc est, vbi carpenta, vel carra ducuntur, similitèr biennio adquiri, & amitti posse.* Sed de hoc I. Consulto, qui post editum Codicem Theodosianum vixit, & multa ex iure Gothorum inseruit responsis suis, parum curandū est, quoad disciplinā iuris Romanorum. Opponunt etiam text. in l. diligentèr 9. in fine, Cod. de aquæductu, lib. xj. In qua longi temporis prescriptio non proficit ei, qui ex publicis fontibus aquam in suas possessiones deriuauit. Sed facilis est solutio; quià ibi agitur de qua publica, ante quam ad vsus priuatos distribuatur, cuius præscriptio tan quam rei publicæ legib. inhibita est, l. præscriptio 45. hoc tit. l. prescripitio 5. Cod. de operib. publicis. At verò text. in l. vsum 4. Cod. eod. tit. & in l. si manifestè 7. C. de seruitutib. accipiendus est, de vsu aquæ, quæ postquam publicis necessitatibus inseruit; iam priuatorum vsibus permissa est, vt docet Cujac. in d. l. 9. communitèr in hac Schola recipitur: nec est necesse de præscriptione immemoriali accipere d. l. 4. quod post antiquiores fecerunt Padilla in d. l. 2. C. de seruit. ex num. 61. Faquinęus d. lib. 8. c. 22. Connanus d. lib. 4. comment. cap. 12. num. 17. Otero de pascuis cap. 17. num. 4.

14 Ex his apparet, quid Ego censeam de vsucapione seruitutum post legem Scriboniam inductam: nunc operę precium est referre, breuitèrq; refellere, quid Auctores senserint. Et quidem Veteres distinguebant intèr continuas, & discontinuas seruitutes. Continuas appellabant, quæ non habent intermissionem vsus. Veluti tigni immittendi, aquæ quotidianę, & perpetuæ ducendæ; ne luminibus; & similes. Discontinuas eas dicebant, quarum licèt caussa perpetua sit, earum vsus ad vices vsurpatur; nec continuus est. Veluti eundi, agendi, & siquæ sint huiusmodi. In illis vsucapionem esse negabant, & in his admittebant. Hæc fuit sententia veterum, quam sequitur nostra l. 15. tit. 31. Part. 3. quę desumpta fuit ex scriptis Azonis in summa C. de seruitutib. num. 29. cui accedunt Classici apud Antonium Gomez 2. tomo variar. cap. 15. à n.

26.

26. Padilla in d.l.2. ex num.16. Menchac. lib. 2. controuersiar. illustr. cap. 84. num. 6. Castillo de vsufr. cap. 48. ex num. 6. Petr. Gregor. lib. 4. syntagm. cap. 4. & alij, quos laudant Fachinæus d. lib. 8. controuers. cap. 22. Pichard. in §. æquè si agat 3. num. 11. inst. de actionib. Osuald. ad Donell. lib. 11. cap. 11. litt. D. Sed ea frequentèr, & iam communi calculo reijcitur: non quià distinctio hæc non sit admodùm propria, & digna obseruatione, vt rectè censet Ludouicus Vitalis lib. 2. variar. cap. 13. Sed quià veteres existimabant post Legem Scriboniam discontinuas seruitutes non posse tempore adquiri, contrà tot expressa testimonia, quæ de omnibus suprà retuli num. 7. & 8. Itaq; l. seruitutes 14. de seruit. qui secundam rationem attulit, proptèr quam seruitutes rusticæ plerumque vsucapi non possunt per Leg. Scriboniam, quià vsus earum discontinuus est; valet strictè ad veram prohibendam vsucapionem, vt dixit Vitalis; sed non adquasi vsucapionem, quæ postea recepta fuit: quæ contenta est solo vsu. & hoc etiã discontinuo, l. 1. §. hoc interdicto de itinere actuq; priuato, vt rectè docet Anton. Faber, lib. 19. coniect. cap. 9. Quanuis enim vsus in actuali facto consistat; tamèn, vt poss. vera animo solo, & potentia accedendi ad rem retinetur l. clam possidere 6. §. qui ad nundinas de adquir. possess. ità & potest videri vsus quasi possessio retineri. Alia relinquo confutanda Fachin. d. c. 22. Parlad. d. lib. 1. c. 1. §. 8. Morlæ d. tit. 6. quæst. 4. Schifordeghero ad Fabrũ lib. 1. tract. 5. in princ. Osualdo, & alijs ab eo laudatis d. c. 11 litt. E. Et quanuis Otero d. c. 18. in fine dicat hanc distinctionem in forò sequendam esse proptèr legis patriæ auctoritatem: Ego tamèn cum videam ipsius incertum fundamentum etiam in iudicando, & consulendo veritatem sequerer, duce Dom. Couarrub. qui ferè ad nostram distinctionem, & doctrinam prælusit in regula pössessor 2. part. in princ. num. vlt.

15 Nouiores cultioresq; interpretes censuerunt, vsucapionem Leg. Scrib. sublatã fuisse, sed posteà introductã prescriptiõẽ lõgi tẽporis; qua seruitutes longo tẽpore ad-

quirerentur. Ità non nulli apud Osuald. litt. B. d. cap. 11. Morla d. quæst. 4. ex num. 9. Parladorius ex num. 35. Schifordegh d. tract. 5. quæst 6. Assin. in d. rub. C. de vsucap. pro empt. ex num. 108. Mella d. 1. parte cap. 6. num. 5. & forsan Gilkenius de præscript. 2. parte 2. parte membro 1. cap. 10. ex num. 21. Sed quanuis hæc sententia à nostra ferè nō distet, nisi in modo dicendi; quominùs ei adquiescam faciunt sequentia. Primum, quod in textib. de adquisitione seruitutum suprà expensis, præcriptionis nulla mẽtio fit, sed adquisitionis, & tutionis in seruitute adquisita; vt cum iudicio monet Galuanus d. cap. 12. de vsufr. & quã uis Mella ex verbis textuum contrarium colligere velit, leuissimæ sunt eius rationes. Deindè, quià in rebus prohibitis per legem vsucapi, præscriptio longi temporis etiã prohibita censetur, l. 1. C. de seruis fugitiuis, l. vlt. §. sin autem 3. C. communia de legat. l. siuè autem 9. §. hæc actio, l. cum sponsus 12. §. si res 4. de publ. in rem action. vt dixi cum multis, quos laudo 1. parte huius tract. n. 35. Quod argumentum malè eludit Assin. vbi proximè num. 111. Sed non potest negari vsucapionem seruitutum lege Scribonia sublatam esse; vt rerum furtiuarum lege Attinia. Ergò quemadmodum furtiuę non admittunt præscriptionem; sic nec seruitutes. Tandem, quià vetus præscriptio decem, vel viginti annorum non minùs requirebat connuam possessionem, quàm vsucapio, l. 2. l. emptor 9. l. nec bona fide 10. Cod. de longi tempor. præscript. x. vel xx. annor. Sed post legem Scriboniam placuit, seruitutes vsucapi nō posse ex defectu veræ, & proprię possessionis, d. l. seruitutes 14. de seruitntib. Ergò ex eodem defectu, nec pręscriptione adquiri poterunt; quod præuidit, licèt non ità fundauerit Galuanus vbi proximè. Manet igitur meliorem, & propriorem modum docendi esse; seruitutes post legem Scriboniam ex tuitione prætoria, & introductione Iuris-peritorum cæpisse tempore adquiri; eamque esse quasi vsucapionem, impropriam vsucapionem, aut pręctoriam. Alias sententias non discutio, quià non admodum sunt frequentes, nec multùm expedit in

con-

confutandis sententijs immorari.

16 Sed quià hæc prætoria vsucapio seruitutum non ijsdem prorsus requisitis indiget, quam vera rerum corporalium vsucapio, expedit pro choronide de eius requisitis dispicere. In Primis requiritur, quod quis vtatur seruitute, tanquàm iure suo; quià si vtitur, furtiuè, idest interim dùm nòn prohibeatur paratusq; sit cessare, si prohibitus sit, non adquirit seruitutem tempore, l. vlt. de itinere actuq; priuato, certo etiam iudicio debet vti, nam qui vna seruitute, pro alia vtitur, neutram adquirit, l. vlt. quemadmodum seruitutes amittantur; hoc ampliùs non debet vti clandestinè, sed palam, vt eius vsus omnibus innotescere posset, & ad notitiam domini peruenire; nec debet vti precario ex voluntate domini precaria, sed perpetuò, & iure proprio: nec vsus debet esse violentus; sed quietus, & hoc est, quod dicit Consultus in d. l. si quis diuturno 10. si seruit. vindic. nòn vi, nòn clam, nòn precario, & in l. 1. Cod. de seruitutib. Indè sequitur si medio temporis cursu à domino prohibitus sit vti, cessare adquisitionem seruitutis per tempus, l. 2. Cod. eod. tit. Hæc principia certissima sunt, vtpote ab ipsis iuris fontibus manantia. Sed indè quærunt Interpræctes nostri, vtrum ad hanc adquisitionē seruitutis titulus aliquis simplicitèr necessarius sit, vt est necessarius ad vsucapionem rerum corporalium, princip. inst. h. tit. Quæstio sanè hæc frustranea est, quià si sufficit non vi, non clam, non precario possedisse, & hæc quasi possessio præstat titulum, aut quasi titulum seruitutis, vt patet ex textib. suprà allegatis, consequens est, vt aliud requisitum necessarium non sit. Nec à nobis quærant aliam rationem differentiæ, quam quià hæc vsucapio impropria, & in ea Prætor tuetur solùm vsum eius, qui sibi seruitutem vindicat, si vitiosus non sit: vsucapio verò rerum corporalium propria est, & non potest procedere sinè cōditionibus à iure præstitutis tanquam pro forma. Itaq; hæc sententia, quæ communior est, defendi debet; eam tuentur Fachinæus d. lib. 8. controuersiar. cap. 22. Lyclama d. lib. 2. ecloga 6. Galuanus d. cap. 12. de vsu-

fruct. n. 7. alij laudati ab Osual. d. cap. 12. litt. B. & à Morla d. tit. 6. quæst. 4. num. 35. quanuis ipse in contrariam incli net. Menochius de retinenda remedio 6. ex num. 124. & apud Nos expresse sancitur in d. l. 15. tit. 31. Part. 3. Nec obstat text. in l. vlt. Cod. de longi temporis prescript. x. vel xx. annorum illis verbis; *eodem obseruando, & si res non soli sint, sed incorporales, quæ in iure consistūt, veluti vsufructus, & cæteræ seruitutes.* Quoniam hæc comparatio non est omnimoda, sed tantum quoad casum principalis decisionis illius textus, nempè quando quis absens dicatur; vt iam animaduersum relinquimus. Nec inficiamur in vsucapione seruitutis posse etiam titulum concurrere, veluti si bonæ fidei possessor, vel non dominus prædij seruientis donet, leget, aut vendat seruitutis ius domino prędij dominantis; ex qua venditione ipse vtatur per tempus constitutum; procedet adquisitio cum titulo; & forsan de hac specie accipiendus est textus in d. l. si Ego 11. §. 1. de publician. Negamus tamen præcisè titulum requiri; nam, & sine titulo datur nostra tuitio.

17 Disputant etiam vtrum bona fides necessaria sit non solum in initio, vt in rebus corporalib. l. si aliena 10. hoc tit. de vsucap. l. 2. l. qui fundum 7. §. qui bona fide pro emptore. Sed etiam per totum tempus? In qua re in varias itum est sententias. Egò tamèn ità distinguo. Si adest titulus verus pro emptore, aut pro legato, aut alius similis. Sufficit bona fides in initio; quià bona fides comittatur titulum; & vbi durat titulus, non est necessarium, quod duret bona fides. Quo casu defendi potest sententia Don. dict. lib. 11. cap. 12. Quod si nullus titulus adsit, necessaria est bona fides per totum continuū tempus adquisitionis. Ratio est, quià requiritur, quod quis vtatur seruitute iure proprio, existimans ad se pertinere d. l. vlt. de itinere actuq; priuato, & vt ità dicam *pro suo.* At quasi possessio pro suo cum scientia rei alienæ non compatitur; quià qui scit alienam rem esse, non potest possidere affectu, & existimatione domini, l. si ancillā 4. ff. pro suo. Ergò non poterit procedere hæc quasi vsucapio superueniente

niente mala fide quocunq; tempore. Et ità acciperem cõtrariam sententiam Pad. in l. 2. C. de seruit. n. 31. Ant. Fab. lib. 19. coniect. c. 10. Iure tamèn Canonico indistinctè tenendũ est bonam fidem requiri ex c. vlt. de præscip. Illud tamèn nõ substineo, quod docent Pad. n. 34 Hierony. Zauallos cõmunium contra communes q. 630. necesse esse illam probare. Bona enim fides præsumitur, nec probari potest, cum in abdito, & occulto cõsistat, quarè pro bona fide sufficit, si probet se non vi, non clam, non precario vsum fuisse, docent Don. d. c. 12. Ioann. Corras. in d. l. seruitutes 14. de seruit. & alijs relati à Padill. d. n. in fine.

18 Disputat etiam, vtrum scientia dñi prędij seruientis nècessaria sit, vt tẽpore seruitus posit adquiri? Est etiã superflua disputatio, si verba text. intueamur. Qui tantùm requirunt, vt qui vtitur non sit vsus clam; id est, vt palam vtatur, vt vsus ad dñi notitiam posit peruenire, si non sit negligens, & rerum suarũ incuriosus. Igitur ex parte vtentis exigunt manifestationem, & omnem clandestinitatem excludunt; sed ex parte domini prædij seruientis nusquam exigunt scientiã. Deinde quià adquisitio hæc solo temporis suffragio subnixa procedit contrã absẽntentes etiã spatio viginti annor. vt manet notatum. Sed absentes plerunq; nesciunt rerum suarum statum. Ergò & contra ignorãtes procedit. Quæ sententia, quantum video, communior est, eamq; defendunt Lyclama d. lib. 2. ecloga 6. Galuanus d. c. 12. n. 9. Morla d. tit. quæst. 4. n. 37. Reuard. ad Leg. Scribon. cap. 8. Cujacius in d. l. seruitutes 14. & in l. 4. §. vlt. hoc tit. Longoual. in l. imperium de iurisdict. n. 260. Quamuis intèr habentem titulum, & non habentem distinguant de Cepola seruitut. vrban. c. 20 Padilla in l. 2. Cod. de seruit. num. 24. Gregor. in dict. l. 15. Part. Antonius Faber, dict. libr. 19. cap. 10. & Donellus dict. cap. 12. quià hæc distinctio, vt appareat ex textibus, diuinatoria est. Neque obstat textus in dict. l. 2. Cod. de seruitutibus, ibi: *Si aquam per possessionem Martialis, eo sciente, duxisti; seruitutem exemplo rerum mobilium tempore quæsisti.* Loquitur enim ex hypothesi; quià ità factum

propo-

propositum fuit Antonino. Sed ab hac affirmatiua non potest fieri illatio ad contrarium. Concedimus enim sciẽ te domino procedere nostram adquisitionem. Sed non inde conuincitur sempèr eius scientiam necessariam futuram, vt monet Galuanus, & alij ex suprà relatis. Quæ de hac qualiquali vsucapione seruitutum dixisse sufficiat.

SECTIO VNICA.

De non prohibita vsucapione libertatum, per Legem Scriboniam.

19 LIBERTATES SERVITVTVM vsucapi olim potuisse, & post legem Scriboniam posse disserte docet Paulus in l. sequitur 4. §. libertatem 29. hoc tit. de vsucapionib. Cuius hæc sunt verba: *Libertatem seruitutum vsucapi posse verius est. Quia eam vsucapionem sustulit Lex Scribonia, quæ seruitutem constituebat. Non etiam eam, quæ libertatem præstat, sublata seruitute. Itaq; si cùm tibi seruitutem deberem, nè mihi, puta, liceret altius ædificare; & per statutum tempus altius ædificatum habuero: sublata erit seruitus.* Eccè conclusionem ex disputatione I. Consultorum deductam, vt apparet ex illis verbis, verbis, *verius est*; quæ denotant fori controuersiam. Et exemplum, quod non tàm explicat, quam interprætetur regulam; petitum nempè à seruitutibus vrbanis. Quod maximùm mysterium claudit, nempè, vt agnoscamus hypothesim de vsucapione libertatum tantùm verti posse respectu

pectu vrbanarum, non rusticarum seruitutum, quod ex sequentibus patebit.

20 Primò ex l. hæc autem 6. de seruit. vrb. prædior. vbi illa differentia dissertis verbis exponitur, ibi: *Hæc autem iura similitèr, vt rusticorum quoq; prædiorum certo tempore non vtendo pereant. Nisi quod hæc dissimilitudo, quod non omnimodo pereunt non vtendo: sed ità si vicinus simul libertatem vsucapiat.* Hanc conclusionem exponit sequentibus exemplis. *Veluti si ædes tuæ ædibus meis seruiant, nè altius tollantur, nè luminibus meis officiatur; & ego per statutum tempus fenestras meas præfixas habuero, vel obstruxero; ità demum ius meum amitto, si tu per hoc tempus ædes tuas altiùs sublatas habueris: alioquin si nihil noui feceris retineo seruitutem.* Ecce exemplum. Qui obtrusas fenestras habet, ex quibus lumen erat recepturus, vel prospecturus, non vtitur seruitute, & nihilominùs eam non amittit; opus enim est, vt vsucapiat seruiens libertatem, idest, vt iure libertatis altiùs ædes proprias tollat, sublatasque habeat per statutũ tempus, vt tollatur seruitus non tàm cessatione dominantis, quam contrario facto seruientis. Aliud exemplum proponit his verbis: *Itèm si tigni immissi ædes tuæ seruitutem debent, & ego exemero tignum; ità demùm amitto ius meum, si tu foramen, vndè exemptum est tignum obturaueris, & per constitutum tempus ità habueris. Alioquin, si nihil noui feceris, integrum ius permanet.* Quòd non indiget accurata expositione. Idem exemplum extat in l. si quis alia 18 §. vlt. ff. quemad modum seruit. amitt.

21 Hæc vsucapio libertatum vera est, non Lege Scribonia introducta, sed potiùs per eam non sublata. Vt inquit Paulus in d. l. 4. §. qui libertatem 29. Vt enim olim obtinuit post legem decemuiralem, vt seruitutes adquirentur per vsucapionem; quià licèt expertes erant veræ, & propriæ possessionis; tamèn erant participes vsus, vt dixi suprà n. 1. ità etiam proculdubio obtinuit, vt libertates vsucaperentur. Illam vsucapionem nominatim Lex Scribonia abstulit, odio seruitutis: de vsucapione libertatis nullam mentionem fecit. Ergò permansit post Legem Scri-

boniam

boniam eadem vsucapio, quæ ante illã in vsu fuerat. Nec mihi regeras libertatem ius esse, rem incorpoream, expertem possessionis, & per consequens vsucapi non posse, cùm sinè possessione vsucapio non procedat: nam repono hæc omnia agnouisse Consultum in l. si ædes 32. §. 1. de seruit. vrb. prædior. & tamèn vsucapionem libertatis concessisse. Quià hæc vsucapio solo continuo vsu contenta est, vt inquit Cujac. lib. 27. obseruat. cap. 14. Manetque in ea adhùc vetus vestigium vsucapionis sinè possessione peragendæ: vt dico 2. parte in hereditate iacente, in debitore, & in eo qui precario concessit possessionem; vel tignum ędificio proprio adiecit, qui continuant, vel complent vsucapionem sinè vlla prorsus possessione iuris ope, & beneficio. Si iterùm instes ex d. l. seruitutes seruitutem vrbanam tigni immissi habendi, vel altius tollendi continuum vsum habere; ergò & fore, vt possit vsucapi. Nihil faciens; quià est prohibitio in seruitute; & in libertate cessat prohibitio. Prohibitio Legis Scriboniæ effecit, vt solus vsus licet continuus non sufficeret ad vsucapiendam seruitutem, vt ante sufficiebat: nihil tale cauit de libertate; ergò mansit immutata vetus sententia, & vsucapio vetus, quę solo continuo vsu cōtenta erat. Indè euenit, vt quãuis in vsucapione rerum coporalium detur accesio possessionum de qua dixi lib. 3. Opusculor. sub l. de de accisionib. 14. de diuers. & temporal. præscrip. tamèn in vsucapione libertatis non detur accessio, sed vnus quisque debet per se vsucapere d. l. eum qui ædes §. 1. est enim hæc quæstio, vt dicunt Phylosophi, de subiecto non supponenti. Si non est possessio, non potest dari accessio possessionis. Sic Cicero in topicis circa princip. à contrario sensu: si ager non est compascuus, ius non est pascendi. Alias rationes quærit Osuald. ad Donell. lib. 5. cap. 20. litt. A. Sed hæc mihi sufficit.

l. 32. § 1. de seruit. urb. præd.

22 Per contrarium vidimus, seruitutes rusticas amitti solo non vsu dominantis citrà vllum factum seruiētis. Paulus lib. 1. sent. tit. 17. §. 1. d. l. hæc autem 6. de seruit. vrb. prædior. l. non satis 6. §. 1. vsq; ad finem legis, vbi

vbi multæ, & doctæ extant quæstiones; sed faciles, l. si sic 7. l. si communem 10. §. 1. l. is cui via 11. l. qui fundum 12. A contrario sensu, & l. si quis 13. l. aquam 16. l. iter 17. l. si quis alia 18. in princip. l. si partem 19. §. 1. cum ll. seqq. ff. quem admod. seruit. amittant. l. creditor 15. de pignorat. actione, l. in vendendo 66. §. 1. de contrah. emptione, l. 1. §. Ariston 9. l. cum constet 5. §. 1. de aqua quotid. & æstiua. l. 1. §. Viuianus 6. de itin. actuq; priuato. Quarum species enarrare cuilibet facile esset, sed nimis longum. Videndi vltra Classicos Donell. & Osuald. lib. 11. comment. cap. 17. & 18. Petrus Gregor. lib. 4. Syntag. cap. 23. Molina tract. 2. de iust. & iure disp. 70. Læsius eod. tract. lib. 2. cap. 6. dubit. 9. & alij infrà referendi. Tantum noto, ex solo nō vsu seruitutē amitti, si nemo iure per constitutum tempus vtatur, licèt ei nihil desidiæ, aut negligentiæ possit imputari, est enim constitutio seruitutis velut temporaria; expiratq; exacto tempore: adeò, vt si haustum aquæ quis habeat, & fons exaruerit, vel si iter, qua eundum erat occupatus sit flumine, per cōstitutum tempus, ipso iure finita sit. Sed ex iuxta caussa, vel beneficio Principis, vel Pretoris, vt censeo, restitui debet l. vnus 34. §. 1. l. & Atilicin. 35. de ser. rust. prædior. l. si locus 14. queādmodū seru. amitt. sic accipienda. Seruitus verò itineris ad sepulchrum per nō vsum nunquā perit. Rarus enim vsus semper debet esse eius, & frequentē vsum spectare esset ominosum. Donell. lib. 11. comm. c. vlt. Assin in d. rub. de vsucap. pro empt. n. 130.

23 Nunc operę præcium est inuestigare rationem differentiæ intèr seruitutes rusticas, & vrbanas. Est prompta. Quiā omnes seruitutes rusticæ consistunt in facto eius, qui seruitute vtitur: ipse enim est, qui it, agit, aquam haurit, vel ducit per fundum alienum. Dominus prędii seruientis tantum patitur, & ideò per patientiam dicuntur constitui, l. vltim. de seruitu. l. 1. §. vltimo de seruitutib. rusticor. præd. l. 3. §. 2. de action. empt. cum aliis. Seruitutes verò vrbanæ requirunt ex parte domini prædij seruientis, quod ipse, vel faciat aliquid, vel non faciat, & vtrumque est facere. Veluti refice-

re parietem, vel columnam in seruitute oneris ferendi, l. cum debere 33. de seruit. vrban. prædior, l. & si forte 6. §. etiam de seruitute 2. cum seqq. si seruit. vindic. Vel parietem expositum habere ad immissionem tigni, licèt in hac seruitute refectio ad seruientem non spectet, l. sicùt 8. §. 1. & §. distant. 2. eod. tit. vel demissas ædes habere, nè prospectui, aut luminib. dominantis officiant. l. si seruitus 23. de seruitut. vrb. præd. In summa omnes seruitutes vrbanæ, quæ in superficie consistunt, quasi possessione retinentur, l. seruitutes 20. eod. tit. Ergò cum contrariorum eadem sit ratio, libertates earum seruitutum, retinebuntur contrario facto, aut possessione, l. si ædes 32. §. 1. de seruitutibus vrban. prædior. Igitur, vt earum vsus interpellatus videatur, contrarium factum eius, qui seruitutem patitur, necessarium est, quo censeatur seruitutem excutere, neque illi patientiam præstare. Vt præuiderunt Connanus lib. 4. commentariorum, cap. 12. numero 13. Ioannes Robertus lib. 4. sentent. cap. 18. alijque laudati ab Osuald. ad Donell. d. lib. 11. cap. 18. litt. F. Afsin vbi proximè num. 131. cum seqq. Ex quo per comparationem elegans differentia explicatur intèr easdem seruitutes. Si enim, qui patientiam nudam præstare tenetur in rustica seruitute, veluti viæ, aut itineris, vi detrudat, deijciatq; dominantem à via, vel itinere; & dominans metu forsan perterritus desinat ire, & vti seruitute per constitutum tempus, amittit seruitutem, l. sequitur 4. §. si viam 27. cum seqq. hoc tit. de vsucap. Rationem reddit Consultus, quià mero iure nō detruditur quis à via. Id est, quià omnis deiectio supponit possessionem rei ex parte deiecti; & supponit rem capacem possessionis per consequens. Quià qui non possidet, non deijcitur; l. 1. §. deijcitur, de vi, & vi armat. ità Ræuard. in Tribon. cap. 1. Ergò cum non detur violenta possessio libertatis ex parte seruientis, quia in eo facto nulla deiectio est; nec ipse sit, qui vsucapiat libertatem; sed altèr, qui amittit seruitutem; consequens est, vt per non vsum amittatur. Per contrarium; si alteri debeo seruitutem luminum, necesse est liber

tatem

tatem per continuum vsum vsucapere, pariete iuxtà ædificato, qui obtrudat lumina: adeò, vt quanuis arborem cōtrà fenestram ponam; eaque screscens obscuret illam, nō censeatur vsucapta libertas l. quod autem 7. de seruit. vrb. vbi ratio redditur, proptèr naturalem motum arboris: quia non est caussa obscuritatis perpetua, vt paries appositus. Mouentur enim rami, & folia, imò decidunt, & aliquādo admittum lucē, aliquādo excludunt; nec arbor, aut viridaria lumini nocent l. qui ædificia 12. eod. tit. Quæ ratio elegans est, & propria, vt censet Cujac. d. lib. 27. obseruat. c. 14. & Assin in d. rub. num. 135. quanuis improbet Don. d. lib. 11. cap. vlt. & relati ibi ab Osuald. litt. E. & ab Amaya lib. 3. obseruat. cap. 1. §. 4. num. 42.

24 Resultat etiam alia differentia ex proximè notatis. Nempè in vsucapione libertatis bonam fidem necessariam esse in initio vsucapionis; vel per continuum tempus, si sine tit. speciali, & quasi pro suo libertas vsucapienda est; vt in hac vsucapione iuris incorporalis, qualis est libertas, idem dicendum sit, quod de titulo, & bona fide dixi circà impropriam vsucapionem seruitutis suprà n. 16. & 17. quod etiam in specie statuit nostra l. 16. tit. 31. Partit. 3. Expendiq; à simili potest text. in l. 1. C. de longi temporis præscript. quæ pro libertate, &c. In qua non proficit seruo illi tempus præscriptionis, qui mala fide in libertate moratus fuit. Ergò si in præscriptione libertatis humanæ, quę omnibus reb. fauorabilior est, bona fides requiritur: quanto magis exigenda est in libertate cæterarum seruitutum, quæ tanto fauore digna non est. Ità docent Padilla cum antiquiorib. in l. 1. Cod. de seruitutib. à num. 37. Cepola de seruitut. vrban. cap. 20. num. 4. Corrasius in d. l. seruitutes 14. de seruitut. n. 41. Morla d. tit. 6. quæst. 4. num. 44. Osuald. ad Donell. d. lib. 11. cap. 18. litt. F. Gilkenius de præscript. 2. parte memb. 2. cap. 3. n. 92. Sed in amissione seruitutis rusticæ importunè quæreretur de titulo, aut bona fide domini prædij seruientis: quià non pendet ex eius facto, sed ex mera omissione, aut cessatione dominantis, vt suprà dixi. Probatur id expressè

ex d.l.4.§.si viam 27.h tit.vbi seruiens detrudit à via dominantem, & nihilominus amittitur seruitus per non vsum, quamuis non possit dari peius initium, quam impedimentum, & violentia facta ex parte seruientis. Quarè in puncto iuris hanc sententiam reputo verissimam, quam tenent Gregor.in d.l.16. Pat. Medina in Cod.de restitut. quæst.17. Læsius de iust.& iure lib.2.cap.6.dubitat 6. Cæterum in cōscientia, si ego metum infero, aut per me stat, quominùs dominans iure suo vtatur; non video qualitèr amitti possit seruitus stante non solùm mala fide, sed prohibitione ex parte mea. Itaq; in præsenti non est mala fides, scire alium non vti iure suo, quià non teneor illum commonefacere, vt vtatur; sed præbere me patiētem, nec eius vsum impedire. Mala ergò fides erit, impedire vtentem, obicesq; opponere, quominùs vtatur. Et in hoc casu verius censeo, cum mala fide, neq; hanc qualemqualem præscriptionem posse procedere, valereq; in ea Pontificiam decisionem text.in cap. vlt. de præscript. Et ità accepta substinenda est sententia Connani d.lib.4.cap.12. num.14. Morlæ num.42. Padillę num.42. Vasquii Menchac.de success.creat.§.10 num.12.

25 Illud tamèn cōmune est, tàm vsurapioni libertatis seruitutis vrbanę, quàm amissioni per nō vsum rusticę: quod olim, & libertas vsucapiebatur, & seruitus rustica amittebantur biennio. Locus est Pauli dissertus d. lib. 1. sent. tit.17 §.1. Duplicabaturq; tempus, si ità seruitus rustica esset constituta, vt alternis annis dominans vteretur, vel saltem alternis mensibus, l.si sic 7.quemadmodum seruit. amitt. vbi Anton. Fab. & Cujac. idem lib. 14. obseruat. c. 14. Hodiè tamèn in vtraq; caussa decennium intèr præsentes, & bicennium intèr absentes necessarium est, l. pen. C.de seruit.l.vlt.C.de pręscrip.longi tempor. decem, vel viginti annor.l.vnic.sic non improbabilitèr intellecta, C. de vsucap. transform. Deniq; & illud commune habent; quod in illo casu, in quo specialiori lege prohibita est vsucapio libertatis seruitutis vrbanæ, sit etiā prohibita amissio rusticæ. Veluti si debeatur prædio dotali; nam tùnc

quanuis

quanuis ex Leg. Scribonia permissa sit vsucapio, prohibetur specialiori ratione leg. Iuliæ de fundo dotali, nè prædij dotalis fiat conditio deterior. Igitur nec rustica amitti potest per non vsum mariti, l. Iulianus 5. l. sed nec libertas 6. cum seqq. de fundo dotali. Faciunt text. qui in simili loquuntur in l. altius 15 si seruitus vindicet. l. si communem 10. quemadmod. seru. amitt. Docent Cujac. lib. 7. obser. cap. 23. & lib. 11. cap. 28. Osual. ad Donell. d. lib. *11.* cap. 18. litt. A. Ad quam illico transitum facimus, quia de Scribonia satis, superquè egimus.

AD LEGEM IVLIAM de fundo dotali.

26 INTER ALIA CAPITA LEgis Iuliæ de adulterijs, & illud fuit, quo prohibetur fundi, prædijvè rustici, vrbani, aut sub vrbani alienatio, l. fundus 3. l. lex Iulia 4. l. dotale 13. in princ. & §. *1.* l nuptura 14. de fundo dotali. Quod caput cū de prædio Italico, siuè mancipi loqueretur, Iustinianus, rerum mancipi sublata differentia, ad omnia prædia etiam prouincialia extendit in l. vnic. §. & cū lex Iulia 15. C. de rei vxor. act. princ. inst. & ibi: Theophyl. quib. alienare licèt, vel non. Quod magis ex professo fundauit Præceptor meus nobilissimus, sapientissimusq; D. Nicolaus Fernandez de Castro prælectione 2. Salmantic. ad l. 2. C. de fundo dotali, num. *6.* & *7.* Cum ergò lex hæc pars fuisset legis de adulterijs, vt apertè testatur Paulus lib. 2. sent. tit. 11. de dotib. §. 2. ibi. *Leg. Iulia de adulterijs cauetur, nè dotale prædiū maritus inuita vxore alienet.* Et notant Cujac. in notis excusis post text. ad d. princip.

&

& alibi. Brisson. lib. singul. ad l. Iul. de adulter. cap. vlt. in princip. idem Preceptor n. 5. ad d. l. 2. consequens est, vt latà sit à seniore Augusto, paulo ante Papias Poppæas rogationes. Suet. in eo cap. 34. Tacit. 3. annal. Dio Cassius lib. 46. vt frequentèr notatur.

26 Prohibita alienatione prædij dotalis omnimodo; consequens est, vt etiam prohiberetur vsucapio. Est enim hæc perpetua regula: non potest procedere vsucapio in re illa, cuius alienatio prorsus prohibita est. Alioquin fraus legi obtenderetur; maritus enim, qui expressa voluntate non potest alienare; fraudaret vxorem consentiens rem eius vsucapi. Ideò, qui non potest alienare; nec potest vsucapioni consentire: plus dico, aduersus eum siuè scientem, siuè ignorantem, nō procedit vsucapio. Eius ignorantiæ nulla consideratio, nullus respectus habetur, cuius scientia nihil ad alienandum prodesset. Ad hunc ergò sensum loquitur Paulus in l. alienationis 28. de V. S. ibi: *Alienationis verbum etiam vsucapionem continet. Vix est enim, vt non videatur alienare, qui patitur vsucapi.* Ex parte alienantis impropria est alienatio, quod agnoscit ibi Cuc. immeritó reprehensus ab eius detrectatore Alberico Gētili; sed ex parte rei, proprissima alienatio est: ideò prohibita prorsus alienatione rei consequens est, vt censeatur prohibita vsucapio, quid quid in contrariū hunc textum expendat auitèr, vt solet, Arias Pineli. in auth. nisi tricennale, num. 29. & 30. Similis est decisio text. in l. 1. §. quid si in lite ff. si quid in fraudem patroni, & ità docent Donellus, & Osuald. lib. 5. cap. 23. Brisson. d. cap. vlt. Cujac. 3. qq. Pap. in l. si vir 42. hoc tit. de vsuc. & lib. 7. in l. 13. famil. ercisc. Pinell. lib. 1. select. cap. 17. ferè per totum maximè num. 12. Molina lib. 4. de primog. cap. 10. num. 4. Treutlerus volum. 2. select. disput. 22 thesi 3 litt. K. Assim in l. vltima Cod. de vsucap. pro emptore num. vlt. Mella 1. part. de vsucap. cap. 4. per totum maximè num. vlt.

27 Ex quo exponendus est textus nostri Tryphonini nobilis, & forsan singularis, qui nec alium habet eiusdem argumenti in l. si fundum 16. de fundo dotali. Mulier

reuera

reuera domina erat fundi Tusculani,quē Titius iusto titulo, & bona fide possidebat,poteratq; vsucapione adquirere: illa ergò fundum mulier marito dedit in dotem. Maritus cum posset fundum petere, omisit, desidioseque neglexit petitionem; Titiusq; vsucępit. Respondet Tryphoninus elegantèr rem sui periculi fecisse; id est vsucapionem Titij damno mariti cessuram, qui tenebitur vxori refundere precium fundi dotalis. Nisi pauci admodum dies superessent vsucapioni peragendæ; tunc enim inciuile esset, vt proptèr leuissimam omissionem maritus damno precij mulctaretur. Accursius, & Gothofred. censent accipiendum esse Consultum de decem diebus, per text. in l. rerum mixtura 30. §.1. hoc tit. Ego verò nihil auderem diffinire, sed iudici pensandum relinquerem omnibus circunstantiis consideratis, vt de medio tempore censet Menoch. lib. 2. de arbitr. casu 33. Posset forsan aliquis dubitare de suppositione, quam facit Triyphoninus, nempè vsucapi potuisse fundum factum dotalem: sed ità satisfacit. *Nam licèt lex Iulia, quæ vetat fundum dotalem alienari, pertineat etiam ad huiusmodi adquisitionem: non tamèn interpellat eam possessionem, quæ per longum tempus fit, si ante quam constitueretur dotalis, iam inceperat.* Quibus in verbis habemus regulam, & exceptionem. Regula est: prohibitionem legis Iuliæ pertinuisse etiam ad vsucapionem, quæ in cepta erat ante quam fundus in dotem daretur. Similes sunt aliæ exceptiones, quas suis locis exponemus. Ergò si maritus vendat fundum dotalem inuita muliere, quamuis alter bona fide accipiat, non procedit vsucapio. Quià vbi lex inhibet vsucapionem bona fides possidenti nihil præstat. l. vbi lex 24. hoc tit. de vsucap. Igitur vitio erit res affecta, donec iterùm redeat ad mulieris potestatem; vel nisi marito lucro dos cessit; tunc enim purgatur vitium; & ponitur in statu habili, vt si dentur termini habiles, possit vsucapi, tolliturq; prohibitionis legis Iuliæ labes aut vitium; quemadmodum tollitur vitium furtiuitatis, si fur vero domino heres succedat, d. l. cum vir 42. hoc eod. tit. quam doctrinam, & casuum comparationem elegantèr pręuidit.

ibi Cujac. lib. 3. qq. Papipin. Et ità forsan exponi debet textus in l. fundum 17. de fundo dotali.

29 Difficilior Interpretibus nostris visa est alia eiusdem textus suppositio. Supponit enim Consultus mulierem dedisse marito, vt suum fundum, quem Titius possidebat. Igitur non tradidit vacuam possessionem fundi: vacua enim possessio tunc censetur, quando ab alio possessore occupata non est. Igitur non transtulit dominium fundi. Quià sine vacuæ possessionis traditione, dominiũ non transfertur. Igitur non fuit factus dotalis. Quià dotale prædium sic accipimus, cum dominium quæsitum est marito, vt tùnc demum alienatio prohibeatur, l. dotale 13. §. dotale 2. de fundo dotali. Hæc quæstio apud nostros Interp. ingens est, àn vacuæ possessionis traditio ad trãslationem dominij necessaria sit. Enixè negant Donell. & Osuald. lib. 4. cap. 19. Affirmant tamèn summa vi, & validissimis lacertis Hotmanus illust. quæst. 8. Ant. Contius lib. 1. disput. cap 8. noster Valentia lib. 1. illustr. tráct. 2. cap. 4. n. 8. cum seqq. vbi multos laudat, & nuper Villalobos in paradoxis ciuilib. paraphrasi 2. per totam. De ea in præsenti suspendo iudicium. Tantum noto, ex dotis dictione fundum dotalem constitui, quamuis dominium resideat penès mulierem, & ad maritum tantùm transeat ex quadam legis cessione actio in rem, quæ ipsi mulieri competebat. Quod euenit in illo textu: in quo supponitur per dationem, id est dictionem dotis fundum constitutum fuisse dotalem, quià sola dictio sufficit, absq; traditione l. si rem æstimatam 14. cum seq. l. cum post 69. §. 1. de iure dot. vt docent Contius, & Broncorst apud Valent. vbi prox. num. 20. & 21. Nequè obstat text. in d. §. dotale 2. non enim dicit absolutè fundùm dotalem non effici, nisi, qui proprius mariti fit; hoc enim contrà ius est, vt de rebus alienis in dotem datis egregiè probatur in l. 1. C. de vsucap. pro dote, text. elegans, & electus in l. Proculus 67. de iure dot. notat certo iudicio Cuj. lib. 14. obser. cap. 9. Sed tantum dicit, non censeri dotalem, non esse fundum dotalem in conceptu legis Iuliæ, qui non fuit fa-

ctus

ctus proprius mariti, ibi: *vt tunc demum alienatio prohibeatur:* Quià lex Iulia prospexit patrimonio mulieris; igitùr ad res alienas in dotem datas, quanuis fiant dotales, & possideantur titulo dotis, d.l. 1. nō pertinet prohibitio legis Iuliæ. Ex quo non placet sententia, quam trepidè tētauit fundare Cujac. d. cap. 9. nempè fundi alieni in dotē dati, impediri vsucapionem lege Iulia. Quià ad res alienas ea lex non pertinet, vt expresè probatur ex d. §. dotale.

30 Rursus, & difficile est, quod Tryphoninus, supponit, longo tempore adquisitum fuisse fundum ab vsucapiente: quoniam Digestorum tempore, non alij fundi longo tempore adquirebātur, quam prouinciales, quorum possessores dominium bonitarium habebant, non quiratarium, princ. inst. vbi Theophyl. hoc tit. l. vnic. C. de vsucap. transform. Atqui ad prædia prouincialia lex Iulia non pertinuit, vt in initio dixi. Ergò, & hæc suppositio Tryphonini mei falsa est. Sed vt dixi contrà nostrum D. Franciscum Sarmiento, & Ræuardum in prima parte mei tract. num. 50. cum Galuano de vsufr. cap. 11. postquam Iustinian. tempus biennij ex l. xij. tab. præstitutum vsucapioni rerum immobilium extendit ad decennium, & bicenium in d. l. vnic. Compositores phraseis inuerterunt, & longi temporis adquisitionem reposuerunt pro vsucapione, quando de rebus immobilibus agunt. Denique & illa verba: *non tamèn interpellat illam possessionem, quæ per longum tempus fit.* Scrupulum mouere possent; nisi frequentèr in iure caussa pro effectu sumeretur, & possesio pro vsucapione, vt in l. ait prætor 23. §. 1. ex quib. caus. maiores, & alij.

(?)

AD ORATIONEM SEVERI IMPERATORIS, De prohibita alienatione rerum minorum.

31 NON OBSERVATA TEMporis chronologia expedit in pręsenti dicere decōstitutione Imperatoris Seueri, qua interdixit alienationem predij rustici, aut suburbani pupilli adultivè, citrà decretum Praetoris, quae extat in l. 1. l. magis puto 5. cum alijs illius tituli de reb. eor. qui sub tutela, vel cura sunt, quae extenditur per Imperat. Constantinum in l. lex quae tutores 22. C. de administr. tut. ad omnes res, quae seruando seruari possunt. In primis obseruo hanc prohibitionem non fuisse absolutam, seu omnimodam; sed sub certa forma; nempè si non praecesserit iussus paternus, vel decretum magistratus. Ex quo ità concluditur; non est prohibita res pupilli absolutè alienari. Ergò non est prohibita simplicitèr vsucapi: illa enim prohibitio vsucapionem impedit, quae omnimoda est. Ità arguunt, aut concludunt Glossa verbo pupilli in l. bonae fidei emptor 48. de adquir. rer. dom. & in l. siuè autem 9. §. haec actio verbo non possunt, de publiciana, Bart. in d. l. si fundum 16. de fundo dotali, & in l. vbi lex 24. hoc tit. quae est doctrina magistralis, eamque amplexantur Antonius Gabriel, lib. 5. commun. opinion. tit. de pręscript. conclus. 13. à princip. Bened. Pinell. lib. 1. select. cap. 17. num. 11. & in alijs. Afsin in l. vlt. C. de vsucap. pro empt. num. 3. & ex num. 98. quidquid contradicat nimis generalitèr Arius Pinell. in authentica nisi tricennale

cennale ex num. 24. Cod. de bonis matern. exiſtimans contrà communem prohibita alienatione indiſtinctè nō cenſeri prohibitam vſucapionem, niſi & vſucapionis fiat mentio.

32 Ex hac doctrina illud conſequimur ex conſtitutione Seueri non prohiberi vſucapionem rerum pupilli; aut minoris; quod ſequentibus fundatur. Ex l. 1. C. ſi aduerſus vſucap. vbi decernitur reſtitutionis auxilium minorib. contrà eos, qui illorum rem tenent, decernendum eſſe; ſi vſucapione dominium adquiſierint. Eccè ſupponit vſucapione dominium adquiſitum fuiſſe rei minoris. Si volueris reſtringere deciſionem huius textus ad res mobiles, & ad cæteras, ad quarū alienationem olim prohibitio non extendebatur, nimiùm limitabis deciſionem. Item ex l. 2. ff de eo qui pro tutore, vel curat. negot. geſsit. l. apud Celſum 4. §. ſi quis non tutor 24. de doli exceptione, in quibus ſpecialis remedij loco conceditur pupillo, vt poſsit perſequi rem, quā eius procurator, non verus tutor diſtraxit, licèt vſucapta ſit; quæ verba indicant, & vſucapionem in re pupillari potuiſſe procedere; & ad illam reſcindendam ſpecialiori beneficio indigere, quod denotat perſequendi verbum in d. §. 24. Item ex l. altius 15. ff. ſi ſeruit. vindicet. vbi ſi dominus prædij ſeruientis, qui *ne luminibus* debebat *ſeruitūtem* prædio pupilli, quod poteſt eſſe ſubvrbanum; altiùs ſubſtulerit ædes, pupillo habente tutorem; reuerà libertas vſucapitur proptèr negligentiam tutoris: ſed ei reſtituitur per actionem, quæ illi conceditur, vt quod non iure factum eſt, tollatur. Sed ſi prædij vſucapio interdicta eſſet, & interdiceretur etiam vſucapio ſeruitutis, vt de fundo dotali dixi ſuprà ad l. Scriboniam, num. vlt. Ergò &c. Quo in ſenſu retinendum eſt, quod tradit Paulus in l. ſi communem 10. quemadmodū ſeruit. amitt. pupillū nō vt ente rustica ſeruitute, pro ſe, & ſocio retinere: non quià vſucapi non poſsit; quià libertatis à ſeruitute ruſtica nulla vſucapio eſt, vt dixi ad leg. Scribon. ſed quià ei reſeruatur actio, vt iterum ſibi conſtituatur. Item ex l. ſequitur 4. §. ſi pupilli, hoc tit. l. qui fundum

7. §. si tutor. ff. pro emptore. In qua extant quæstiones de re pupilli furtiua, quando desinat furtum esse, quãdo possit vsucapi. Ergò ex eo, quod pupilli est, non est invsucapibilis. Deniq; & expenditur text. in l. etiam ei 45. de minorib. vbi posthumo conceditur restitutio aduersus vsucapionem, si completa fuit, antequam nascatur. Si dicas esse filium maioris, & aduersùs patrem inchoatam fuisse, ideo què rectè processisse, vt dixi in superiori lege Iulia; quanuis vera suppositio sit, est diuinatoria in illo textu; quia potuit pater minor esse viginti quinque annis: nihilq; deniq; de ætate patris supponit Consultus. Ex quibus proculdubio hanc sententiam veriorem censeo, quam substinent, vterque Pinellus, & Afsin suprà laudati. Galuan. c. 11. de vsufr. n. 16. Duaren. ad tit. C. de vsucap. pro emp. quanuis alitèr censeant, aut distinguant Donell. d. cap. 23. Anton. Fab. & Cujac. ibi apud Osuald. Mell. d. 1. parte cap. 4. ex num. 4. Treutlerus d. thesi 3. litt. G. & H.

33 Nec obstant loci, qui Auctoribus nostris reputantur contrarij, non primus ex leg. bonæ fide 48. versic. nec interest, de adquirendo rerum dominio ibi. *Nec interst, ea res, quam bona fide emi, longo tempore capi posiit, nec ne: veluti si pupilli, aùt vi possessa, &c.* Ergò res pupillaris, tàm inusucapibilis est, quàm ex lege Plautia, & Iulia vi possessa: Omissis varijs intellectibus censeo, hoc exemplum de re pupillari allatum à Paulo in suo casu verum fuisse, & aliquorum pupillorum res prohibitione legis, vel consuetudinis vsucapi non potuisse. Aliquorum, inquàm, non omnium pupillorum, vt distinctio nostra versetur circà pupillos ipsos, non circà res pupillares. Censeo ergò res pupillorum, qui fuerunt in legitima tutela, vsucapi olim non potuisse: contrà si essent sub tutela testamentaria, aut datiua: Ratio est, quia in tutorem legitimum incidit pupillus; sed datiuus, & testamentarius eligitur. Illius fides, & diligentia approbata non est, horum fidem amor paternus, vel cura iudicialis confirmat, vt Iustinianus inquit in titulo inst. qui testamento

mento tutores dari possunt, & seqq. Ex quibus apparet ob hanc rationem non satisdare datiuos, aut testamentarios, & legitimos satisdare debere. Cum ergò tantam curam gesśissent leges pupillorum, qui sub legitima tutela degunt; non erit præceps existimare interdixisse etiam, nè eorum res vsucapi ipso iure possent: ne legitimi tutoris negligentia vllo modo ipsis nocere posset; nec petione restitutionis indigerent: quod non ità sanxerunt de cæteris tutelis, in quibus proptèr approbationem tutorum minorem incuriam, minorem negligentiam metuebant. Non fuissem ausus tàm nouam distinctionem inducere, nisi clarum, & dissertum testimonium Ciceronis haberem, in quod ferè omnes suprà citati inciderunt, sed nemo sic expendit. Extat, lib. 1. Epistol. ad Atticum epistola 4. vbi intèr alia ad consultationē responsa, hoc Attico suo præbet: *De Tadiana re mecum Tadius loqnutus est, te ità scripsisse; nihil esse iam quod laboraret, quoniam hereditas vsucapta esset. Id mirabamur te ignorare, de tutela legitima, in qua dicitur esse puella, nihil vsucapi posse.* Cur tutelæ legitimæ Cicero meminisset; cur etiam se collegisset, per illa verab, *in qua dicitur esse puella*; si prohibita esset vsucapio rerum pupillarium, sub quocumque tutore fuissent? Deindè indistinctè ait, nihil vsucapi posse de tutela legitima: igitur de quacunque re sensit, siuè mobili, siuè immobili. Ergò hæc prohibitio antiquior, & generalior fuit, quam oratio Seueri. Cùm ergò Paulus asserat rem pupilli, exempli caussa, vsucapi non potuisse. de re pupilli, qui sub legitima tutela fuit, intelligi debet: quæ suppositio sufficiens est, vt verificetur exemplum eius.

34 Nec etiam obstat text. in leg. sicut 3. Cod. de præscrip. triginta, vel quadrag. annorum in in cuius fine dicitur, præscriptionem illam non currere aduersus pupillos, licèt currat aduersus minores. Ex qua lege sic arguunt. Si præscriptio tricennalis, quæ omnibus fauorabilior est proptèr longinquitatem temporis, non currit aduersus pupillos: multo minus cu-

rrere

trere debet præscriptio decem , vel viginti annorum; vel vsucapio, breuioris temporis. Sed responsé ratiodeo elegantèr cum Galuano d. cap. 11. num. 16. aliam esnem præscriptionis tricennalis ; aliam veteris præscriptionis decem, vel viginti annorum, & vsucapionis. Illa enim absq; vllo facto præscribentis, solo silentio creditoris, vel actoris nititur, vt dixi prima parte huius tractatus ex num. 15. Istæ autem indigent possessione, titulo, & bona fide ex parte eius, qui præscribere vult, vel vsucapere, vt ibidem etiam latius fundaui. Igitur illa præscriptio, quæ solo silentio nitebatur aduersus pupillum ipso iure non currit, & omne tempus pupillaris ætatis, decomputatur; nec restitutione opus est, cũ pupillus per præscriptionem læsus non sit. At verò vsucapio procedit; & ideò opus est restitutione d. l. vnic. Cod. si aduersus vsucapion. Quę animaduersio maximi est momenti; quippè nisi petatur restitutio intrà quadriennium à quo tempore maior factus fuit, non poterit obtinere, cum reuera processerit, ex princip. text. in l. vlt. Cod. de temporibus inintegr. restit. In præscriptione verò tricennali, subducenda sunt omnia illa tẽpora, quæ cucurrerunt, dum pupillaris ætas durabat, l. 3. C. quib. non obijcitur longi tempor. præscript. Quod in minori ætate non procedit; aduersus quam præscriptio tricennalis currit: imò & omnes olim præscriptiones currebant, qualis erat biennij non numerarę pecuniæ, & similes, donec Iustinian. in l. vlt. Cod. in quib. causs. in integr. restit. non sit necess. cauit, vt excepta tricennali præscriptione, omnes cæteræ contrà minores non currant, quæ solo silentio contentæ sunt. Quas leges ità accipiunt Clasici, nisi cępta sit præscriptio contrà maiorem, cui minor succedit. Quià minor ætas non subducitur, non decomputatur de minori ætate, vt de pupillari, d. l. 3. Indè deducũt dormire, siuè interquiescere prescriptionem, dum pupillaris ætas durat; sed quæ cæpta est, non dormire licèt minor succedat. Qui termini licèt non sint iuridici habent rationem, & fundamentum in vtraque l. vltima, & 3. vt vidimus, & in hac re docent post Clasicos

satis

satis distinctè Franciscus Balbus de præscript. 6. parte princip. 1. parte ex num. 29. Caldas Pereira in l. si curatorem habens. verbo sua facilitate, ex num. 36. Vulteius 1. Iurisprud. cap. 71. & alij congesti à Barbossa in collect. ad d. l. vlt. & ibi à Balthasare de Angelis in prato Codicis. De quo latius agimus infra 2. parte nostri tractatus, contrà quos non currat præscriptio. Ex quo non probamus opinionem Hieronymi Afsin in d. l. vlt. qui censuit Iustinianũ substulisse vsucapionem in rebus minoris; quià alia eius mens est, vt vidimus.

35 Nequè obstat text. in l. 2. C. de vsucapione pro emptore, in qua pater iussit, vt serui, quos reliquerat, reseruarentur, vel filijs, vel alijs quibuscunq; heredibus suis proptèr artis peritiam, quam habebant: heredes erant pupilli; quorum tutores alienarunt seruos illos. Queritur, àn vsucapi posfint? Et negat Imperator Alexander. Sed facilis est responsio; quià inhibetur vsucapio proptèr specialem prohibitionem, quàm testator cum caussa fecit; nempè quià serui erant vtiles pupillis; quæ prohibitio, vt omnem prorsus alienationem excludit, ità & inhibet vsucapionem, vt securè tradunt innumeri, quos laudat, & sequitur Afsin in d. l. 2. ex num. 3. & ex num. 98. noster Valent. lib. 3. illustr. tract. de legat. 2. c. 1. ex num. 21. Ex quo nostri Auctores inferunt ad bona maioratus, seù vinculi, quæ prorsùs impræscriptibilia sunt, vt ipsi efferunt, proptèr omnimodam prohibitionem testatoris, vel fundatoris. Adeò, vt nèc tricennaria, vel quadragennaria possessio, quę prodest in reb. vitio reali affectis, vt dixi ad leg. Attin. num. vlt. non prosit in his: quià non tàm vitio affectæ sunt, quam extra commercium positæ. Quarè nulla alia pręscriptio, quam immemorialis potest allegari contrà bona maioratus; quià immemorialis omnem titulum supponit, & facultatem regiam, vt ex l. 3. §. ductus aquæ de aqua quotid. & æstiua probaui suprà ad l. Scribon. ità Mieres 4. parte de maioratib. quęst. 21. & Molina lib. 4. de primog. cap. 10. vbi extat elegans Additio. Illud etiã in præsenti abseruãdum est, iure vetere non impediri vsucapio-

capionem ex tacita prohibitione alienandi, siuè ex indè recta, quæ resultabat ex fideicommisso alicuius rei post mortem honorati, siuè in quem alium casum relicto, vt apertè probatur ex l. Sticho 36. de vsufructu legato, vt sentit communis apud Assin d.num.3.quam differentiam non percepit Arias Pinellus in auth. nisi tricennale. n. 26. Donec Iustin. in l. vlt. §. sin autem, C. communia de legat.sanxit, vt etiam in hoc casu contrà substitutum, aut fideicommissarium nulla vsucapio, nullaquè præscriptio procederet: quo & tricennariam, & quadragennariam substulit, Molina, licèt ius vetus cum nouo confundens d.cap.10. vt indè appareat in d.l. 2.non esse seruos inusucapibiles ex eo, quod pupillorum essent; sed quia eorum alienatio ex iusta caussa à testatore expressè prohibita fuit.

36 Nequè etiam obstat text.in l. vlt. Cod. eod.tit.de vsucap.pro emptore,vbi deciditur nullo spatio temporis posse illum vsucapere, qui à pupillo sine tutoris auctoritate aliquid comparauit. Facilè enim respondetur,id non accidere proptèr qualitatem rei; aut vitium reale proueniens ex aliqua iuris dispositione, sed proptèr vitium personale emptoris.Cū enim iure statum sit,vt pupillus nihil alienare possit absque tutoris auctoritate, prin,inst.de auct.tutor.§.nunc admonēdi inst.quib.alien. licèt,vel non l.oblig.9.de auct.tut. cum alijs:qui contrà interdictum iuris mercatur,non habet bonā fidem,l.qui à quolibet 27.de contrah.empt.cap. qui contrà iura 82. de regul. iuris in Sexto. Qui est communis, & verus intellectus,

37 Per consequens, si quis emat à furioso, pupillo vè sine tutoris auctoritate rem aliquam, sed bona fide;existimamus furiosum sanæ mentis esse, cum esset in conspectu inumbratę quietis, vt aliàs dicitur in l. quod meo nomine 18.§.1.de adquir. possess.vel pupillum iam adoleuisse, qui res suas administrare posset sinè curatore, l.si curatorem habens 3.C.de in integr.restit.proculdubio procedet vsucapio. Non quidem statim consequitur dominium

minium rei (quod rectè admonuit Ant. Fab. lib. 7. coniect. cap. 13.) quià emptio non valuit. Et plus est in re, id est in rei veritate, quam in existimatione, & opinione emptoris: vt textus ait sit intilligendus; vndè nuda traditio nullo præcedente contractu non potuit efficacitèr dominium transferre, l. nunquam nuda 31. de adquir. rerum dominio. Sed ex iusta ignorantia emptoris, æquitate suadente, oritur titulus generalis pro suo, l. hominem 3. l. vlt. pro suo, l. Proculus 67. de iure dot. Ex quo vsucapio etiam sequitur; qua mediante fit dominus emptor, si per costitutum tempus rem possederit. Hoc tamèn si erret in facto; cæterum si erret in iure existimans pupillo, vel furioso licere res suas distrahere; non poterit vsucapere; quià iuris error supinus est, & mala fides censetur, l. nunquam 21. hoc tit. Donell. lib. 1. comment. cap. 20. §. 1. Cujac. lib. 7. qq. Papin. in l. iuris 7. de iuris, & facti ignor. Afsin in rub. Cod. de vsucap. pro emp ex num. 312. Ità deciditur in l. 2. §. si à pupillo 15. ff. pro emptore. Vndè etiam Vlpianus hanc consequentiam deducit in l. sed & si 7. §. Marcellus, aliàs, si à furioso, de publiciana in rem act. Procedit in hoc casu vsucapio emptori. Igitur, & publicianam habebit. Est enim perpetua regula. Qui potest vsucapere, potest Publicianam intendere, quam fundat post veteres Bened. Pinell. lib. 1. select. cap. 17. num 28. & 29.

38 Videmus, quid contrà hunc verum intellectũ excogitari soleat. Primò si res pupilli, vel furiosi foret, inhibitam fuisse vsucapionẽ. Sed hoc nõ est certũ, vt superius dixi; quià ex eo quod pupilli res sit, nõ est prohibita vsucapi. Deindè, si esset pupilli, statim translatũ esse dominium in emptorem; neq; necessaria esset vsucap. l. 4. §. lana. hoc tit. Sed & hoc nego: quià furiosi nulla est venditio ex defectu consensus: pupilli etiã nulla est venditio, & ex eius parte deficit contractus, quamuis sit doli capax, proptèr iuris interdictionẽ, tex. expr. in l. Iulian. 13. §. si quis à pupillo 29. de act. empti, ibi: *pupillum sibi non obligat.* & vbi. *Ex vno latere constat contractus.* Ergò nõ subsistente caussa traditio non valuit dominium transferre, vt dixi. Etiam opponunt,

nunt, si defuit titulus ad translationem dominij, defuit etiam per consequens ad vsucapionem. Cum necessarium requisitum sit, princ. inst. hoc tit. vt dico 2. parte, sect. 2. huius tractatus. Respondeo deficere verum titulum pro emptore; quià reuera emptio, & venditio non processit, sed ex optima fide, & iusto errore facti emptoris, qui putauit esse adultum, vel sanam venditorem, exoritur titulu generalis pro suo, putatiuus, non sufficiens ad instantaneā dominij adquisitionem; sed ad vsucapionem sufficiens, ità suppleo. & expono obseruationem Cujacij, lib. 24. c. 30. quamuis sine titulo perperam procedere existiment Anton. Fab. lib. 1. coniect. cap. 18. & Asin in l. vlt. Cod. de vsucap. pro empt. num. 111. Et hoc denotant illa obscura verba consulti: *vt hic plus sit in re, quam in existimatione.* Id est, vt hic, in proposita specie, plus inspiciamus veritatem rei, quam existimationem: si hanc inspiceremus, dicendum esset statim constare contractum, & dominium transferri: sed quià veritatem spectamus, dicimus contractum non valere: & recurrimus ad æquitatem vsucapionis. Quæ verba magnum negotium fecerunt Glossagraphis, Cujacio, & Santolariæ erudito, & acuto Professori Oscensi interpræetat. 21. eiusq; præceptori Asin vbi proximè. Sed iudicio meo ità exponenda sunt. Opponūt tandem pupillum nec naturalem possessionem amittere posse, l. pupillus 11. de adquir. rerum dom. sine possessione vsucapio nō procedit, l. sinè possessione 25. hoc tit. Ergò emptor vsucapere non potuit. Respondeo pupillum non posse voluntate, aut facto suo amittere possessionem. Sed alius potest illi adquirere affectu, & actuali occupatione, l. possessionem 29. de adq. poss. Santolar. vbi proximè. Madera cap. 29. animaduers. & alij. Itaq; non operatur pupilli amissio, sed adquisitio emptoris.

39 Maiorem difficultatem continent, ne quid dissimulemus sequentia verba ex §. si à furioso 16. eiusdē l. 2. *Si à furioso, quem putem sanæ mentis, emero; constitit vsucapere vtilitatis caussa; quamuis nulla esset emptio*, cui conuenit decisio tex. in l. pignori 13. §. cum qui, hoc. tit. de vsucap.

Hacte-

Hactenù; omnia recte; nempè nullam esse emptionem; proptèr vtilitatem, seù æquitatem procedere vsucapionē non pro emptore, sed pro suo, dominiumq; statim translatum non fuisse. Sed quæ sequuntur valdè difficilia sunt: *Et ideò, nec de euictione nascitur actio, nec Publiciana competit, nec datur accessio possessionis.* Prima verba facile exponuntur, non nascitur actio de euictione, quià ex contractu pupillus, furiosusvè obligatus non fuit; quià illos non tenuit contractus, quià ex eorum parte claudicauit contractus, d. §. si quis à pupillo 19. vt omnes agnoscunt, in quo non immoror. Sed quomodo non competit Publiciana, si constitit vsucapere posse emptorem? Maximè cum in d. §. Marcellus contrarium decidatur, & iuri valde consequentèr, ex quo constititit emptorē vsucapere posse, & Publicianam per consequens habiturum. In explicanda hac antinomia proculdubio veritatem docuerunt Accursius in tertia solutione verbo *Publiciana.* Angell. n. 23. in eod. §. & eos sequuti Pinellus d. cap. 17. num. 27. Osuald. ad Donell. lib. 20. cap. 8. litt. Q. Pichardus noster in §. namque si cui 4 n. 8. & 9. inst. de action. videtur inclinare Asim in rub. Cod. de vsucap. pro emp. num. 212. Nempè aduersus extraneos emptorem posse experiri Publiciana, quià vsucapere potest: sed non aduersum furiosum ipsum. Suadent hunc intellectum Pinellus, & cęteri ex eo, quia agit de euictione; circà quam tantum locus erat quæstioni in venditore; ergò eodem themate retento in Publiciana recipienda est quæstio Consulti, nempè an detur contrà furiosum venditorem. Ego tamèn maius mysterium claudi sub hac coniūctione vtriusq; actionis existimo; vt sensus sit, quià nec de euictione tenetur, nec ei Publiciana cō petit, nec datur accessio possessionis. Hi enim tres effectus ex eodem principio deriuantur, nempè quià ex parte furiosi veditio non tenuit.

40 Quod, vt euincam obseruo, si non dominus mihi vendat rem; posteaquè venditor succedat heres ex asse vero domino si posteà alij vendiderit eumdem fundum, me esse tuendum. Imò si amisero possessionem,

 ante-

antequam peragam vsucapionem, competere mihi Publicianam: & quod magis est, competere etiam aduersus ipsum venditorem, qui per hereditariam successionem dominus effectus fuerat, l. si à Titio 72. de rei vindicat. l. vindicantem 17. de euiction. l. si à Titio 2. de except. rei venditę, & traditæ, l. apud Celsum 4. §. si à Titio 32. de doli excep. Eccè vbi non dominus vendidit, & tradidit, nec in me potuit transferre dominium, quod ipse non habebat. l. traditio 20. de adquir. rer. domin. transtulit tamèn vsucapiendi caussam, aut conditionē, l. clauibus 74. de contrahend. empt. post traditionem mihi factam venditor successit illi, qui dominium habebat, quo & ipse dominus factus fuit, quià omne dominium, quod auctor habebat, fuit nactus ex vniuersali successione, l. cum heredes 23. de adquir. possess. Illud dominium ex post facto in me deriuari non potuit, quià eram successor sigularis: & iam sera adquisitio dominij fuit respectu mei. Sed venditio rei alienæ mero iure tenuit, vt venditor de euictione mihi teneretur, l. rem alienam 28. de contrah. empt. Si venditor non successisset domino rei, & verus dominus mihi euinceret, venditor de euictione mihi teneretur: ergò si id venditor factus dominus posteà voluerit illam euincere, repellendus erit exceptione rei venditæ, & traditæ, siuè in factum. d. l. 17. d. §. 32. Quià quem de euictione tenet actio, eundem vindicantem repellit exceptio. Ergò licèt ipse dominus sit, & ego non sim dominus, sed vsucapiens, tamèn maior æquitas fouet meam caussam, quam domini; quià ab illo auctoritatem habeo, & ipse contrà factum suum venire non potest. Ergò si ad eius potestatem rem deuenirit, & ego intendero Publiciana; ipseque opposuerit de iusto dominio ex l. vlt. illo titulo, replicabo de dolo; quià dolo facit, qui contrà proprium contractum vult rem retinere, dict. §. 32. Anton. Fab. in d. l. 72. latè Benedictus Pinell. lib. 1. select. cap. 18. per totum, præceptor meus Don Nicolaus de Castro prælect. 3. Salmanticensi, numero 20. Ex quo noto argumentandi genus: quià emptio valuit, & obligauit venditorem, tenentur de

de euictione; repellitur exceptione rei venditæ, & traditæ, & Publiciana actio potest in eum dari vsucapienti, qui est in via vsucapionis, quanuis verum rei dominium habeat. Ergò per contrarium in nostro casu, quià emptio non constitit ex parte venditoris, de euictione non tenetur; agens repelli non poterit exceptione rei venditæ, neque aduersus eum Publiciana dabitur vsucapienti; quià contra factum, & contractum suum potest venire, cum illum non obligauerit, quod non rectè perceperunt Faber lib. 1 coniect. cap. 18. Pichardus noster in d. §. nanque si cui num. 9. Marcus Lyclama lib. 1. membran. ecloga 20. Hoc est, vt censeo, acumen Consulti, & germanus comparationis sensus, casusque necessarius in hac hypothesi; vt facessant Genoa in lib. Legum Conciliatur, pag. mihi 127. qui diuinationis vitio laborare hunc intellectum dixit, & Ionnes Robertus lib. 2. animaduers. c. 27. qui in furiosum dandam actionem Publicianam existimauit, quod & censuit Cujac. lib. 16. obseruationum, cap. 29.

41 Sed videamus, cur in proposita specie non detur accessio possessionis: ex eodem etiam principio ratio petenda est: quià vbi alienatio non tenet, vbi titulus non valet, non habet locum accessio: vbi valet venditio, aut quæcunque alia caussa, habet locum. Tùnc enim potest emptor præscriptione, aut exceptione venditori competente vti, quando venditio valet; & hæc est caussa emptionis, l. dolia 76. §. vlt. de contrahen. empt. Sed in nostra specie non tenuit alienatio; ergò frustrà vellet emptor vti accessione possessionis ex persona furiosa; qui auctor sibi non fuit. Si enim venditor vsucapit, est proptèr eius bonam fidem, titulo *pro suo*, quià existamat ad se rem pertinere, & opinione domini possidet. Hic titulus personalissimus est, quià ex bono affectu possessoris nascitur; nec plus durat, quam eius bona fides, cum qua incipit, leg. ancillam 4. pro suo. Igitur alij possessioni iungi non potest: quià contractus, cuius virtute iungenda erat, inualidus est. Et hæc animaduersio

sio annectenda est his, quæ de accessione possessionis latiùs notaui sup. lib 3. opuscul. ad l. de accessionibus 14. de diuers. temporal. præscrip.

42 Quæ de vsucapione rerum pupillarium sunt satis. Possemus in præsenti disquirere de rebus ciuitatum, & Ecclesiarum; sed commodiùs tractabitur sub 3. parte nostri principalis tractatus. Quià in hac selectione tantum agimus de legibus, edictis, aùt constitutionibus vsucapionem prohibentibus.

AD EDICTA de alienat. iudicij mutandi caussa facta, & de litigiosis.

43 PRÆTOR VRBANVS, PROconsulquè prouincialis edictis suis consuluerunt actoribus, si rei dolo malo, mutandi iudicij causa, & vt potentiorem aduersarium supponerent actori, alienauerint rem, de qua controuersiam metuentur. Non quidem irrita alienatione, sed actione proposita intrà annū; vt exigerent ab alienante quanti actoris interfuit, rem dolo malo in potentiorem alienatam non fuisse, l. 1. l. 4. §. vlt. de alienatione iud. mutandi caussa facta, l. post venditionem 16. de aqua, & aquæ pluuiæ arcend. act. Itaquè habet electionem actor, vel conueniendi alienantem actione prætoria, vel nouum dominum, aùt possessorem actione directa, l. vnic Cod. eod. tit. Igitùr si emptor fraudis particeps sit, non poterit vsucapere, vt existimo, quià contrà interdictum

dictum prætoris mercatur, l. si ab eo emas 12. hoc tit. Cæterum si bona fide accipiat rem, quam vetus possessor vsucapiebat, non est dubium, quin vsucapere possit, vel coniūgendo possessionem cum auctore, vel ipse solus per se, vt supponitur in l. item si res 4. ff. eod. tit. Nec ideo incidit in vitiū furtiuitatis, quià vetus possessor alienet, quià vt propriā alienat, nō vt alienā: existimans suam esse, & ad se iure dominij pertinere; quanuis metuat litem: vt autem incidat in vitium furtiuitatis, debebat alienari ab sciēte alienam esse, l. 1. l. sciens 7. Cod. de vsucap. pro empt. Deindè quià fraus commissa ab alienante est circa mutationem aduersarij: hæc autem fraus non facit rem inalienabilem; cum alienatio teneat. Ergò nec potest impedire vsucapionem, vt dixi in principio superioris tractatus.

44 Aliud edictum superiori affine est de litigiosis. Litigiosa res dicitur, de cuius proprietate causa vertitur intèr possessorem, & petitorem, nouella 112. de litigiosis cap. 1. vndè extrahitur authentica litigiosis. Qui rem litigiosam vendit, pœnam incurrit, de qua in l. 2. ff. l. vlt. C. eod. tit. de litigios. l. 1. de iure fisci. Et quamuis Cujacius in paratitlis Digestorum, & Codicis ad illum titulum, & ad nouell. 112. & lib. 7. qq. Papiniani in l. alienationes 13. familiæ ercisicund. putauerit, per hoc edictum non fuisse absolutè prohibitam alienationem; & Antonius Faber in rational. ad l. si post acceptum 18 de rei vindicatione censuerit, iure Digestorum alienationem valuisse; sed nouioribus constitutionibus non valuisse. Ego tamèn procliuior sum, vt existimem, per edictum prohibitam fuisse venditionem rei litigiosæ, pœnas verò extensas fuisse à Iustiniano in d. l. vlt. quæ transcribitur à Gratiano in cap. vlt. xj. quæst. 1. Imò non obseruata temporum distinctione hæc sententia communis est. Post veteres tenent, quanuis aliqui minùs propriè loquantur de reuocanda alienatione, Rodericus Suarez in l. post rem limit. 1. num. 4. Couarrub. in practicis, cap. 7. versis *his, vt cumq;* Felicianus 2. tomo de censib. lib. 3. cap. 5. num. 12. Parlador. lib. 2. rer. quotid. cap. vlt. 4. parte, §. 5. num. 9. Valenzuela

zuela Velazquez 2.tomo, consil. 111. ex n.7. vsq; ad 31. Nogerol. allegat. 29. toto art. 3. D. Salgadus de protect. regia 4. parte cap. 8. num. 168. Carlenal. de iudicijs 2. tomo, lib. 1. tit. disput. 11. à num. 2 nouissimè, prout solet, Doctor D. Alphonsus de Olea Primarius Vallis-Oletanus decessione iur. & action. tit. 3. quæst. 11. quasi per totam. Probaturquè ex d.l. vlt. ibi: *irrita alienatione facta*, cap. 1. de alienat. iud. mut. caussa fact. cap. Ecclesia 3 & ibi Glossa verbo litigiosi, vt lite pendente nihil innouet. l. 13. tit. 7. Part. 3. ibi. *Que tal enagenamiento non vale.*

45 Ex quo placet sententia Benedicti Pinelli libr. 1. select. capit. 17. numer. 15. qui censet ex absoluta prohibitione rei litigiosæ prouenire, vt non possit vsucapi, quãuis alter Pinell. dissentiat in auth. nisi tricennale, num. 15. Sed hoc qualitèr procedat, exponendum est: nempè si res litigiosa vendita sit, post acceptum iudicium: tùnc ab emptore, vel ab eius successore ex quocunquè titulo vsucapi non potest: quià effecta, infectaquè est vitio litigij. Aliud est ab ipso possessore; hic enim pendente lite potest perficere vsucapionem: quià ipse continuando suam possessionem, nihil fecit contrà edictum de litigiosis: edictum cauet, ne vetus possessor rem alienet; ipse non alienat, sed potius retinet, & cõtinuat vsucapionem: ergò non committit in edictum. Hac de caussa in l. Iulianus 17. in fine, l. si post acceptum 18. de rei vindicat. supponitur posse vsucapi rem postquam super eius vindicatione iudicium acceptum fuit: quià litis contestatione nõ interrumpitur vsucapio, l. 2. §. vltimo pro empt. vt dicam in postrema parte huius tractatus. Igitùr hæc inspectio non pertinet ad vitium litigiosi. Donell. lib. 5. c. 21. & ibi Osuald. litt. C. & F. Cuj. lib. 22. obseru. c. 19. & lib. 27. cap 28. Anton. Faber lib. 19. coniect. cap. 10. Pichard. in §. 1. inst. de actionibus, ex num. 11. Vt indè probandi non sint Anton. Fab. in rationali ad eum text. & Pinell. d. cap. 17. qui existimantes ad edictum de litigiosis pertinere, varios, diuinatoriosq; intellectus ei assignarunt, in quibus refellendis non immoror.

46 Rursus non pertinet ad edictum de litigiosis text. in l. 1. C. de præscript. longi temporis decem, vel viginti annorum, vbi res supèr qua mota, & omissa controuersia fuit, potest adquiri longi temporis præscriptione; si à vetere possessore alienetur. Modo ipse ex propria persona compleat possessionem, nec velit vti accessione auctoris sui: quià auctoris possessio nihil prodest, postquam inquietatus fuit; imò ipse nunquam deinceps vsu, aut longo tempore adquirere posset. Cui sententiæ extat alia similis Iulij Pauli libr. 5. sentent. tit. 2. §. 5. Non inquam pertinet hic textus ad prohibitionem huius edicti; quià vt sit res litigiosa, non sufficit, quod controuersia mota, sit si postea ommittatur, vt supponitur in d. l. 1. sed requiritur, quod durante controuersia alienetur, ità post Clasicos rectè Pinell. vb. sup. n. 16. quod non videtur percepisse Alter Pinell. in d. authentica. num 21. Nec ad illud edictum pertinet, quanuis etiam affine sit, aliud ius, siuè vetus constitutio, qua cauetur, nè socius, aut comportionalis pendente diuisionis lite, & post iudicium supèr ea acceptum, partē suam vendere, aut alienare possit, l. 1. Cod. communi diuid. sub pœne ex lege Licinnia, nè is qui vendidit, nevè emptor vnquam ad diuisionem prouocare posit ex sua parte, l. vlt. de alienat. iudicij mutandi causs. facta, quam ibi cum iudicio exponit A. Fab. Lis diuisionis non facit propriè rem litigiosam; neq; enim alius est qui petit, alius possessor; sed vterquè actor, & reus est, vt optimè contrà Accursium exponit Cujacius lib. 7. qq. Papi. in l. alienationes 13. famil. ercisc. qua de caussa lex Licinia, vel hoc vetus, ius, qualequale sit, imperfectum dicitur à Cujac. ex Vlpiano tit. 1. in princ. quià sub illa pœna prohibuit alienationem, sed factam nō irritauit. Igitur, si post litem de diuisione acceptam, comportionalis partem suam alienauerit, & emptor bona fide acceperit, nihil est, quod impediat vsucapionem. Hæc interdictio non continet alienationes necessarias, & quæ à retro vetustiorem caussam trahunt: veluti si testator sub conditionem fundum legauerit, & post litem contestatā de diuisione, euenerit conditio, d. l. alienationes 13. Talis etiam

alienatio reputatur, si alius vsucapiebat rem hereditariã; & durante lite eam perfecerit, nam tenet vsucapio, l. sed & si vsucapio 14. eod.tit. quod propuenit ex illa ratione; quià non fuit interdicta omnis alienatio generalitèr; sed voluntaria:& hæc non absolutè, vt non valeat: sed duntaxàt pœna constituta in alienantem. Quamobrem prohibita alienatione,non censetur vsucapio prohibita. Illud tandem pro choronide noto, rem litigiosam non effici, in iudicio singulari rei vindicationis, donec iudicium acceptum sit à reo; siuè donec lis cõtestetur,quod idemest, d. auth.litigiosa, l. 2. 3. & 4. C. de litigios. text. elegans in clementina 2. vt lite pendent. nihil innouet. Sed in iudicio vniuers. petitionis hereditatis, statim à denuntiatione fit litigiosa, & prohibita alienari ex Imperatoris Pij rescripto,quod extat in l. Diuus Pius 5. de hered. petit. Antonius Faber non vult agnoscere differentiam hanc, quià commodam differentiæ rationem reddere non potuit. Sed expressè desumitur ex prædicto rescripto. Rationemque satis probabilem reddit Amaya, quem consulas; lib. 3. obseruat. cap. 2. num. 31. Sed quanuis nulla commoda posset reddi,pro ratione esset ipsa constitutio;vbi enim est decisio leg. potestde ratione, sed non de veritate disputari,vt in simili dixit Pinell. in auth.nisi tricennale, n. 44. Ergò quæ de prohibenda vsucapione reĩ litigiosæ dixi, & in hoc casu dicenda sunt: quià licèt ex decreto permittatur alienatio,non permitittur ad commoda, vel ad necessitates possessoris,vt de pupillo dicebam; sed ad necessitates ipsius hereditatis, vt dicitur in dict. l. 5. quarè rectè dicitur absoluta illa prohibitio, & cum vitio litigiosi. De quo hæc sufficiant.

AD NOVAS IVSTINIANI CONSTITVTIONES.

De bonis aduentitijs.

47 IMPERATOR CONSTANTINVS IN. L. I. C. de bonis maternis cauit, ne patri facultas esset vendẽdi, aut alitèr alienãdi bona aduentitia filiorũ, in quibus

bus ipsi vsufructus reseruatus erat; alienationẽ alitèr factã irritam, & inanẽ constituit; loquẽsq; cum emptore sanxit: *nullam posse præscriptionem filijs opponi, quandocunque rem suam vindicantibus*. Nec emptoris scientiam requirit, vt omnem excludat præscriptionem; imò illum monet, vt obseruet qualitatem rei venditæ, vel sibi donatæ; ex quo euidentèr colligitur, prohibitionem præscriptionis non prouenire ab scientia, vel ignorantia emptoris; sed à qualitate rei ipsius. Cum verò Theodosius Iunior tricennalem præscriptionem induxerit, qua prorsùs omnis actio sublata fuit, l. 3. Cod. de præscript. triginta, vel quadragint. annorum, Leo & Anthemius, qui post Theodosium vixere, sanxerunt in l. quęcunque 4. Cod. de bonis, quæ liberis. vt nulla aduersus filios præscriptio curreret: *nisi fortè postquam potestate parentum eos contigerit liberari, tantùm temporis effluxerit, vt ex continua, & inconcussa tenentis possessione, eorum intentio excludatur*. Quæ verba proculdubio respiciunt tricennalem pręscriptionem: & quemadmodum Theodos. ab ea exemit annos pupillares, qui subducerentur ex ea d. l. 3. ità Leo, & Anthemius subduxere annos potestatis quià viuente patre, vel filius agere non potest: vel non nisi timidè auderet agere. Quæ constitutio cum tantum loquuta fuisset in bonis maternis, & in reliquis, in quib. patri vsufructus adquiritur: posteà Iustin. in. l. 1. §. vlt. C. de annal. excep. generalitèr procedere iussit etiam in bonis, in quibus vsufructus patri non adquiritur, ibi: *nullam temporalem exceptionem opponi, nisi ex quo actionem mouere potuerit, id est postquam manu paterna fuerint liberati*. Non dubito quin hæc præscriptio tricennalis sit: quià ordinariam præscriptionem substulerat Constantin. nec mẽs, nec verba successorum eam reducere censenda sunt. Ideò verò cæteri aliquam præscriptionem admiserunt, quià agnouerunt vniuersalissimam tricennalẽ, quam Theodosius induxit. Idem posteà de lucris nuptialibus Iustinian. sanxit nouella de nupt. 22. cap. 24. Ex quo desumitur authentica nisi tricennale, C. de bonis maternis. Deniq; noster Alphonsus sapiens in l. 24. tit. 13. Part. 5. hoc amplius præter ius commune sanxit, vt bona patris essent subnixa iure hy-

 pothec

pothecæ filijs pro rebus à parente alienatis. Ex quo cæpit in dubium verti, àn filius poſſet directò vindicare res ſuas à poſſeſſore; àn priùs experiri debeat, & excuſsionem facere in bonis patris. Iurè enim communi directò potuit vindicare, d.l.1.C.de bonis maternis, notant Pinell.ibi.3. parte ex num.74.Couarru.lib.3.variar. cap.8.n.7. Quod de iure regio dicendum non videtur : ſed nihilominùs Gregor.in d.l.24.Gloſſ.9. elegantèr docet, ius commune apud Nos incorrectum manere; quià hypotheca à lege patria inducta, & recurſus contrà bona paterna, eo tantùm caſu locum habet; quando filius præfert ad æſtimationem rei alienatę agere; & non vult, aùt nòn poteſt eam vindicare directò. Hæc ſunt quæ de pręſcriptione prohibita horum bonorum ex fontibus ipſis hauriri poſſunt. Nec alia cerebrina diſputare affecto, quod fuſius, ſed ſine magna vtilitate faciunt Balbus de præſcrip. 6. parte princip. prima parte, ex num.15.Pinell. in d. auth. niſi tricennale. Scipio Gentilis de bonis maternis, cap.30.per totum. Addendi etiam ſunt de explicatione d.auth.Ant. Fab. decad. 3.error.8.& 9.& decad. 6.err. 8. de errorib. pragm. Pichard.in §.rurſus,n.13.& ſeqq.inſt.de act. Pater Thomas Sanchez de matrim. 1.parte diſp. 53. ſub n. 7. vltrà alios Claſsicos, & communitèr repetentes.

AD L. MAMILIAM.

DE PROHIBITA VSVCApione finium.

48 LEX XII. TAB. CVIVS MEMInit Cicero, lib.1.de legibus circà finē, inhibuit vſucapionem quinque illorum pedum, qui intèr vtrumque fundum excurrunt cauſſa limitis. Vt per hoc ſpatium aratrum duci, & commeare

meare poſſent agricolæ ruſticationis cauſſa, neq; vllo vnquam tempore limes, aut terminus mutaretur, amoueretur vè vide verba Ciceronis agentis de controuerſijs Stoicorum, & Academicorum hæc ſunt: *Ex hac non rerum, ſed verborum diſcordia, controuerſia nata eſt de finibus. In qua quià vſucapionem xij. tabulæ intèr quinq; pedes eſſe noluerunt: depaſci veterem poſſeſsionem Academiæ ab hoc acuto homine* (Zenonem intelligit) *non ſinemus. Nec Mamilia lege ſinguli, ſed ex xij. tres arbitri fines regemus.* Ità hunc locum reſtituunt Anton. Aug. ad ll. 12. tab. num. 20. Cujac. lib. 5. obſeruat. cap. 21. & ex eo Gothofr. in frag. 12. tab. lib. 2. tit. 11. §. 8. & 9. Itaq; omni vſucapione inſuperhabita, fines intrà veteres 5. pides concludendi ſunt, nec illi debent priuato dominio acquiri, aùt vſucapi. Quod etiam ex veteribus Claſsicis comprobant Aggenus Vrbicus relatus ſuprà ad l. Scribon. Siculus Flaccus de condition. agrorum. Iulius Frontinus controuerſia 2. de rigore. Et ex nouiorib. Iuriſperitis Alciat. in libello de quinq; pedum præſcript. Cujac. in paratitl. ad tit. Cod. fin. regund. & lib. 10. obſeruat. cap. 2. Antonius Auguſt. vbi proximè. Valduinus ad eaſdem ll. cap. 2. Iacobus Gothofred. tabula 8. pag. 133. Nicoalus Valla de reb. dub. tract. 8. Ludouicus Charondas lib. 3. veroſimil. pag. 163. Petr. Greg. lib. 39. ſyntagm. c. 13. n. 15. Ant. Fab. de errorib. decad. 49. error 5. noſter Pichard in §. quædan 20. inſt. de act. num. 40. & 41. Galuanus de vſufruct. cap. 12. pag. 107.

49 Itaquè in fundo, vel de fine, vel de loco controuerſia eſt: nam omitto alias, quas ex Auctoribus rei ruſticę exponunt accurate Cujac. d. cap. 2. & Iacob. Gothofredus vbi proximè. Si de loco, id eſt de agro l. locus 26. de V. S. ad iudicem itur; quià priuata quæſtio, de vſucapione, aut alienatione admitti poteſt; de finibus verò ideſt quinque pedibus, itur ad arbitrum agrimenſorē, qui fines regat, quinq; pedes reſtituat, limites reponat: quià de mutatione dominij, neq; de preſcriptione partes non audiuntur, l. pen. Cod. famil. erciſc. ibi. *Quinque pedum præſcriptione ſummota,* id eſt inſuperhabita, quæ locum non habet; *finalis iurgij, vel locorum libera peragatur intentio.*

Id

Id est tàm de loco, quàm de limitibus lis peragatur; modo talis limes non sit, qui quinq; illos pedes attingat. Hinc exponendus D. Isidorus doctissimus, & sanctissimus, lib. 5. orig. cap. 25. ibi: *Finium regundorum actio dicta, eo quod per eam regantur fines vtrinque, nè dissipentur: dummodo non angustiore quinque pedum loco ea controuersia sit*, quià si de quinque pedibus controuersia est, non redditur iudicium finium regundorum; non itur ad iudicem, nequè actio competit; sed mittitur agri mensor. Vbi ergò habebat cor Alciatus in prædicto libello in principio, cum ob tam probam, & iuridicam sententiam contumelijs malæ Latinitatis, & disciplinæ sanctissimum Doctorem nostrum dissecuit?

50 Sed quià constitutiones Codicis Iustin. decurtatæ sunt, & interpolatæ à compositoribus, libet integras transcribere ex Cod. Theod. lib. 2. tit. 26. finium reg. vbi ità inquit lex 3. CONSTANTINVS A. ad vniuersos Prouinciales. *Si finalis controuersia fuerit, tunc demum arbiter non negetur, cum intra quinque pedes locum, de quo agitur apud Præsidem, esse constiterit: cum de maiore spatio caussa quædam non finalis, sed proprietatis, apud ipsum præsidem debeat terminari, &c.* Eccè constitutionem, à qua suam sententiam sanctissimus Doctor mutuauit, quod non vidit Alciatus. Itaquè angustior locus quinq; pedum, cum sempèr saluus permanere debeat, nō pertinet ad finalem quæstionem, quæ apud iudicem terminari debet. Sequitur lex 4. IMPPP. VALENT. THEODOSIVS, ET ARCAD. AAA. Neoterio PF. P. P. O. K. N. *Quinque pedum præscriptione summota finalis iurgij, vel locorum libera peragatur intentio,* hactenùs in C. Iustin. sequitur in Theodos. *Sola sit igitur huiusmodi legibus vna præscriptio, quæ improbi petitoris refrenare possit inuidiam:* Id est, quæ debeat admitti; quæ eximat ab inuidia improbum alioquin petitorem. *Si veteribus finem cum signis limes inclusus congruum erudita arte præstiterit.* Verba obscura hunc sensum reddunt. Si limes inclusus cum signis veteribus præstiterit finem congruum arte erudita. Limes olim, & hodie aliquo charactere signabatur, vt cognoscatur esse lapidē terminalem. Hoc erat signare limitem, siuè signare campum: de quo

Virgil.

Virg. 1. georgic. *Nec signare quidem, nec partiri limite campum, Fas erat; in medium quærebant.* Notauit Cujac. ad tit. fin. regund. Illa ergò admittebatur defensio, si petitor ostenderet arte mensoria, quam vocat eruditam, limitem inclusum esse cum signis veteribus, vt nunc est. Prosequitur. *Nec verò prolixioris temporis in huiusmodi locum habebit vlla præscriptio, cum diuturno otio alienum rus quisq; asserat se diligentius coluisse.* Id est, quamuis quis alleget propriam diligentiam, & otium, aut negligentiam vicini, & longissimi temporis vsum, non proderit ei præscriptio. *Quando omne huiusmodi iurgium solo præcipiunt iure discingi.* Discingi, id est dissolui. *Quo artis huius peritis omne commisimus sub fideli arbitratione iudicium.* Sequitur lex vlt. IMPPP. THEODOSIVS, ARCADVS, ET HONORIVS AAA. Rufo Præfecto P. *Cunctis motionibus, & machinis amputatis finalibus iurgijs omnem modum, quem præscripsimus, ac de eo tantum spatio, hoc est, pedum quinq; qui veteri iure sunt, sine obseruatione temporis arbitros iussimus iudicare.* Hactenus hæc constitutio cum superioribus conuenit, summouetq; præscriptionem cuiuscumq; temporis de quinq; pedibus limitaneis. Prosequitur de loco, siuè de reliquis partibus fundi, & ait: *Quod si loca in controuersiam veniant, solemnitèr iudicare cognoscas.* Id est, iudicium solemne locum habet deproprietate loci, siuè ciuilitèr, siuè criminalitèr intendatur. Hæc lex trasumpta est in Cod. Iustiniani in quo inueniuntur hæc verba: *cunctis mollitionibus, & machinationibus amputatis, decernimus in finali quæstione non longi temporis, sed triginta tantummòdo annorum præscriptionem locum habere.* Quæ verba à compositoribus addita sunt, quià in originali Codicis Theodosiani, quæ hodie habemus, non exstant. Ideò verò adiecta sunt, quià Theodosius Iunior tricennalem præscriptionem ad omnem prorsus actionem tollendam primus induxit, quam non agnouerunt Auctores dictę legis vlt. cum antiquior sit, quam tricennalis præscriptio, vt notaui 1. part. huius tract. num. 26. de hac lege loquens. Sed cum tempore Iustiniani in vsu fuisset, meritò compositores suppleuerunt illam constitutionem, vt quamuis ordinaria pręscriptio in quinq; pedibus limitaneis locum

non

non habeat, habeat saltem locum longissima præscriptio triginta annorum, post quos quietus maneat possessor, & si dicatur locum illum ad quinq; pedes limitaneos pertinere, quæ est elegans limitatio, d.l. quinq; pedum, quam agnouerunt Armenopulus in promptuario, lib. 1. tit. 3. c. de finib. ibi: *vult constitutio finali quæstioni, nec triennij, nec decennij, sed 30. dumtaxat annorum præscriptionem obstare:* Acur. Marcus Antonius de Amatis, & Hieronymus de Monte, apud Pichard. vbi proximè num. 41.

(?)

Quibus hic labor Succisiuus finitur, vtinam in vestram (vti spero) vtilitatem cedat.

L22

Additiones [illegible] ad [illegible] mandatarios [illegible] ex [illegible]

Proœmium [illegible]

[illegible]

N. 18. [illegible] quæ [illegible] materia [illegible] disputationes [illegible] ex [illegible] 1. in glossa 52. mandati [illegible] extat in [illegible], et omnes [illegible] quæ [illegible]. Manda[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] certi hominis fidem elegit, de errore aut imperitia [illegible] damno. [illegible]

13 [illegible] ut [illegible]

meruit

Expositum 1. in glossa 57. mandati.

mebant, ut postea distraherent, in quincia pro-
ficiscens [illegible] negotiatione tamen mandatum
[illegible]
negotiis [illegible] referat [illegible], ut ser-
vos [illegible] venderet, et pretium acciperet, ne
forte negotia [illegible]. Titius mandatum sus-
cepit, sed antequam exequeretur, antequam servos
mangonis distraheret, decessit, pro certo [illegible]
vixit Seio. finitum fuisse mandatum, intercidisse
mandatum morte mandatarii, cuius industria
electa fuerat a mangone l. si quis alicui C. [illegible]
mortes. cod. tit. et similibus. Errore tamen [illegible]
[illegible] heredes mandatarii, existimantes quod
mandati obligationem ad eos descendere, non ta-
men malo animo, neque furandi consilio: sed
revera bona fide, quae [illegible] patitur,
quotiens [illegible], ut dixi sect. 1
in Academ. tract. de fruct. et [illegible] tract.
de usucap. 2. p. sect. de bona fide. Exequuti fue-
runt negotium a mangone commissum autori suo Titio,
et [illegible] nullo [illegible] distraxerunt. Non committunt
furtum l. sed et si 21. § sive depos. l. heredi. quia
furtum sine affectu furandi non committitur l. 1. de furt.
quod si heredes errantes in iure, sed [illegible] manda-
tum intercidisse, scientes quod se non habere potestatem
distrahendi servos eorum venderent, nulli dubium est,
[illegible] furtum committerent, et per consequens servos
usucapi non posse [illegible] l. 1. de usucap. [illegible]
[illegible], ut recte supponit Faber hic et [illegible]

quod sapit, et fuerit emittens [illegible]
lemptoris vero errarunt in facto, existimantes ver[illegible]
tores [illegible] habuisse, ex quo ver[illegible]
vere [illegible] titulo suo: alioquin [illegible]
toris [illegible], [illegible] proditis [illegible]
[illegible] 32 [illegible]. Cum [illegible] usucapiunt dominium
constat plenum perfectum et quiritarium [illegible]
[illegible]. Et illud [illegible] a [illegible]
[illegible] venalitiariis [illegible] regularum
[illegible] § [illegible]

N. 22. [illegible] siduena [illegible] in qua
[illegible] quaerit, disputat, et decidit, quod et quale
remedium ad [illegible] male distractos, sed
[illegible] usucaptos, competat venalitiario, maxime
[illegible] [illegible], in quo [illegible] fuerat cau
sa [illegible] servorum [illegible]
qui negotiationis? hanc quaestionem [illegible]
[illegible], et veteres: [illegible] manci
[illegible] ante [illegible] ab emptoribus usucapione:
[illegible] Donell. lib. 26 comm. cap. 13 [illegible]
[illegible], [illegible] quadrat haec po-
sitio: quia non potest dubitari, an [illegible]
[illegible] competeret emptoribus, si servi non [illegible] usu
capti [illegible] proprium
[illegible] sequens priorem opinionem [illegible] in qua [illegible]
[illegible] venalitiarius intelligit [illegible]
emptoris [illegible], qui forte [illegible] recentes
[illegible] [illegible] usucapione, [illegible]
[illegible] publicianam [illegible] venalitia-

riis

[illegible] opponit margini, ut idem sit quod, et ut
dicit Ant. Aug. lib. 1. emendat. cap. 3. Verum non
est opus multis [illegible] ad [illegible]
[illegible] ut constat ex lectione Pag. [illegible]
[illegible] quaestionem [illegible], de servis et emptoribus
[illegible], et remedia quo [illegible]
[illegible] tribuendum est, ad rescindendam [illegible]
quod supponit, licet aliquam intermixtam [illegible]
[illegible] et multa ab [illegible]
[illegible] cap. 23. lit. K. Sit igitur quaestio [illegible]
[illegible] capti sunt servi ab emptoribus, an [illegible]
litario [illegible] competat aliquod re-
medium, per quod [illegible] servos suos [illegible]
[illegible].

N. 23. Sed videamus de remediis, [illegible] quae de-
bitis [illegible] potuit compete-
re vindicatio directa, civilisque, quia [illegible]
[illegible]
[illegible] de A. [illegible] At venalitiarium [illegible]
[illegible] dominus, postquam [illegible]
dominium emptoris per usucapionem. [illegible]
actio [illegible]
anno [illegible] quia [illegible]
sa reipublicae [illegible]
[illegible] venalitiarius [illegible]
[illegible]
ut [illegible]
[illegible]
[illegible]

alterius, an competent beneficiario utilis vindicatio ad auocandos [illegible] conductoris [illegible] de utro-
que, si ue alter utro [illegible] respondetur actio-
nem esse Publicianam, non utiliter, videlicet per utilem
vindicationem; Conuenit alterius [illegible] alterius.
[illegible] ego existimo:
posset agere publiciana: sed non posset agere utili vin-
dicatione [illegible], quia verba non utiliter
interpretabantur [illegible] efficaciter, [illegible] esse;
non posse efficaciter [illegible]
Papinianus de [illegible] Publiciana, quod ex [illegible]
planum est, florentina, et omnium Codicum libris [illegible]
darum: [illegible] Publiciana non inutiliter actione:
Et sic legitur auctoritate cuiusdam Codicis Ema-
ri [illegible], [illegible] adjungit, ita ex lib. Basi-
lico colligi [illegible] Kalor: idest: [illegible], bene; i-
ta [illegible], et Faber, Ant. [illegible] Franciscus [illegible]-
netus, et alij [illegible] d. lit. X. Verum
nec [illegible] liber [illegible] concedationi, de quo ma-
[illegible] dubito, quod disputo) nec [illegible] Codex
[illegible], ut Pandectas florentinas [illegible] habeam
et omnium librorum receptam lectionem [illegible] vul-
garem lectionem [illegible], videamus [illegible] posset
esse ratio dubitandi, ut utilis vindicatio non decer-
neretur. [illegible]

N.° 29. [illegible] primarius [illegible]
[illegible] Publiciana actione [illegible]
utili vindicatione: [illegible] alter [illegible]
vindicatio [illegible] competit [illegible]

rei

[illegible]

[illegible] cum illa [illegible]
-li adjudicatio. Sed [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] Ergo [illegible]
[illegible] compete-
-re [illegible] =

N. 25. Secundo [illegible] ad actionem publi-
-cianam, quam penalitario decernit, ut a non
[illegible] Putat
[illegible] ratione dominii
[illegible] quia [illegible]
accommodata fuit, qui [illegible]
quam [illegible]. Quam sic [illegible]
Sed [illegible] quia et [illegible] et
[illegible] competit [illegible] quod
[illegible] nec de-
-bet per [illegible] remedium comparatum [illegible]
[illegible] quia [illegible]. Ut [illegible]
[illegible] de
[illegible] et [illegible] publicianam [illegible]
[illegible] lib.
20 cap. 8. quod [illegible]
[illegible] in [illegible]
Publicianam l. fin. C. ult. de publiciana. [illegible]
[illegible] quia [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] industria [illegible]
[illegible] quia [illegible]

Cognita, [illegible] quam parte inde
[illegible] et aliq[illegible]
[illegible]

[illegible]

[illegible] permittit, ut [illegible] fructus [illegible]
[illegible] communicabiliter bona
quam [illegible], uos creditoribus meis [illegible]
[illegible] selectione [illegible] preflatis
[illegible] fructibus [illegible] ac hac [illegible]
[illegible] tam fructus naturales, quam industriales per
ceptione acquiri [illegible] ualiter, consumptione
1.50 Causa dre aeiq actionē aliquā personalē ex contractu, quasi contractu, negotio aut testamēto. competentē, per quā actor intendit conveniri dnūm vel nondū suū sibi dari; ad differentiā eius, qui habet actionē in rem, quia ex alio casu a possessione sui desierit, actio. vi actionē in rem; quae descriptio, eleganter desumitur ex l. deliberatione ... l. 2. de servit. Cū itaque in propria divisione egerim de fructibus, qui quaeruntur ratione dnij, iā adquisiti, sive iuris praecedentis iure: sequitur ut videamus de fructibus adquirendis ratione dnij ~~...~~ nondū adquisiti, sed adquirendi media actione personali, per quā id agimus, ut quod nostrū nō est nobis detur, idest ad nos dnium denuo transferatur, ut Iust. ait in § sic itaque discretis inst. de act. l. actionū 25. l. nihil aliud 52. de oblig. et act. velut si vendiderim, vel per stipulationē promisi, vel illū debeo ex aliquo contractu incerto, vel ex causa legati, aut fideicommissi, ut heres sim, eius qui fundū in testamento reliquit. Has omnes fere questiones versat Paulus in l. videamus 38. per totā de usuris: nos que eius vestigijs inhaerentes, sequemur, diverso tamē stylo, quia certa regula tractatus hic comprehendi nō ... et multis varijsque principijs, et distinctionibus indiget. =

De actionib. stricti iuris. =

1.51. Omnia iudicia, quae nō recensentur, ut bonae fidei § actionū 28. et seq. inst. de action. sunt stricti iuris a sufficienti partium enumeratione, ut ibi cōmuniter notatur; talis est actio quae venit ex stipulatione, quia per se stricti iuris est ... quidquid ... iuxta vulgarē aequationē de R. o. ... unica § sed et si ... C. de rei uxoriae actione: ut ergo de hac actione primū disputemus, regula

statuatur, et Paulo, in l. eum qui eandem 38 § si actionem 7. de usuris, fructus venire a die ultimo, stipulationis, et non antea, etiam si mora tradendo fundo per stipulationem emissio facta sit, unde idem Paulus in l. si filius 78 § 1. de v. o. deducit, si fundus stipulatus sit mihi dari, qui erat plenus fructibus, ratione stipulationis celebratae non venire fructus, idest non deberi mihi stipulatori, qui stipulationis interpositae tempore, in fundo pendebant, idque etiam docemur

natura ex preced. fuit l. l. quidquid.

in ipso contractu stricti iuris, et bonae fidei, l. 3. § 1. de act. empti. l. quidquid ergo; de verborum obligat. sed de fructibus pendentibus nominibus dictum fuit, quod non veniunt in hac stipulatione, ut ibi Glos. et Bart. recte sentiunt Baldus, Angelus, Imola, et Iason n.o 3. vers. ult. Alciatus in principio. Don. n.o 10 Giffanius n.o 15. in d. l. 78 § 1., noster Pich. in § 9 actionum 28 quest. 7. per totam inst. de actionibus. Post litem vero contestatam, percepti ideo veniunt, quia talis debet dari res, qualis esset apud actorem, si ei petita fuit restitueretur; sed tunc fructus illi cederent; quod post litem contestatam semper veniunt fructus, l. praeterea 20 de rei vind. l. cum quintus 31. de rebus creditis l. 2. l. 3. § 1. de usuris: quamvis enim, in iudicium venire non soleant, quae acciderunt vel accedunt extrinsecus post litis contestationem l. non 23. de iudiciis, tamen fructus ex causa rei comprehenditur sub prima actione principali, tamquam quid accessorium, non tamquam extrinsecum, et aeque principale ut docent Don. in d. l. cum fundus n.o 6., Ant. Fab. de erroribus decade 11 n.o 1. =

l. § 2.

Ex his duabus definitionibus, oritur in hac questione dubium maximum: quid dicendum sit, quando ex stipulatione fundus simpliciter promissus est qui:

tunc erat alienus fructibus, et postea indistincte, aliter peteret ipsis fructibus adhuc pendentibus, an post litis contestationem fructus veniant, qui ex ipsa contractu, in venditione Bart., Imol., per magnum, Alex., et Iason n.° 2, Don. n. 11 ind. l. 38 § 1. censent non posse peti tanquam fructus sed posse peti tanquam causam, quia talis dari debet fundus, qualis est tempore petitionis, et primam regulam accipiunt de fructibus tempore contractus, et perceptis ante litis contestationem, si forte stipulator tarde egit, vel promissor cito fructus a fundo separavit. Sed ipsi autores sua doctrina confunduntur, cum asserant in proprio seu promisso fundo fructus pendentes exceptos censeri, nisi nominatim promissi sint, quod tantundem valet si dixissem, in contractu extricti iuris, aeque in conditione expressa, exceptio fructuum; Sed qui petit fundum promissum exceptis fructibus, tempore contractus sperat accessionem fructuum, ergo huius accessionis non debet haberi ratio in sententia; Deinde quia est differentia verbalis non realis quod non petantur fructus ut tales et petantur ut causa, quae differentia ab hoc et aliorum principiis l. or. c. omnia de leg. et quod directo non licet, nec licet per obliquum; l. ult. c. si mancipium ita fuerit alienatum, quo fundamento a predicta opinione recedunt Socin., et Cathenus ind. § 1., et post alios Illustratus ind. l. cum fundus n.° 6. et 7. Ergo utriusque regulae sensus est, qui promisit fundum, percepit fructus pendentes tempore stipulationis; fructus vero, qui nascuntur, et percipiuntur post promissionem, spectant ad stipulatorem si ante perceptionem litem contestetur; quia licet cum sequitur

exigit, ut docet Castrensis Baro, et Gifanius in l. Labeo § 1 [illegible] l. 3. § 1. de act. empt. Tu vero deducet ex propriis, quod nullum convenit, qui in genere de actionibus disputat, et [illegible]. Sicut enim ex regulis, ut dixit in edita su. usque ad [ultimum]

§ 53. Sed videamus nunc quid sentiendo stat bonus in stipulatione tibi. Julianus, vel Papinianus quaerit de hac stipulatione: promittis fundum dari vacuamque possessionem tradi. Decidit procul dubio, praestandam fore eam rem, vacuam quoque possessionem tradi, praestandumque esse actione ex stipulatu, etiam si evictio sit, quod textum ex [libello]: quia Pomponius in l. 3. § 1. de act. empt. contrarium respondit, nempe fundum totum venire in illa stipulatione, ex dicto his contestate, et ex dicto contractu ad differentiam emptionis. Hanc antinomiam explicat Balduinus nimis in suo Pacto feriato, sed totum nec in ea invitus dixit. Imprimis observo illam stipulationem fundum dari, significare obligationem ex parte promittentis, transferendi dominium in stipulatorem, quia proprietas verbi dandi, significat translationem dominii, et sic ita quae dicuntur in l. de act. Illa vero stipulatio vacuam possessionem tradi, significat causam omnem, l. in stipulationibus 52. § 1. ff. de V. O. causa dominii et, sive causa rei, totumque illud, quod evenit ex natura negotii, quod contrahitur, nempe rem tradere, vacuamque omni possessore et stipulatori praebere dominium, si vendidit quasi promissor, vel saltem causam dominii, id est unica pignoris conditione, ut in l. clausulis 74. de contrahenda emptione, ita Glossa et veteres apud Laurentium, Donellus et Gifanius in d. l. 52, quae

ver. n. vect. iudic. in l. ex tradi 28. de v. o, & alegia tho.
2. illust. tract. cap. 6. n° 27. cu suerint verba qone
usione tradi. significare; tradereq. cu fructibus; que
expliatio, nec verbis exiunt, nec iure testamento se-
fulta est; ergo plus stinet prima stipulatio fiduciaria
quae secunda: quia prima continet translatione dnij,
secunda uero, tantu causa tenere, ut dixi. Cum uero pac.
simul utraque stipulatione adiecta habere, prima, quae ple-
nior est et secunda, quae est minus plena. Et queritur an
ueniant fructus, postea capti, a die stractus. Cum utraque
simul sit pacta, cu ex neutra stipulatione ueniant, et di-
cere respondit, propter secunda adiuncta, uenire fructus.
Ratio est, quia uerba strahentium debent esse sua efficacia
l. si quando 109. de legat. 1. Sed superfluu esset adiicere mi-
nus plena, post pleniore. ergo geminatio illa, operatur, ut
veniant fructus, argu. text. in l. Gallus § 32. ad senatus. Trebel.
nec mouit ... perse n. sufficerent. d. l. 3. § 1. sic inte-
ligendo. His absolutis, tractat minoris operis, que stat in uers.
an idem de partu ancillae. Unde vocatur, interpretatio
clausulae stipulationis praedictae in qua ancilla, duplici
mouet ratione dubitandi. Prima stinetur illis uerbis:
nam quod ad uerba superiora pertinet, siue factu rei
promittendi, siue effectu, per traditione dnij transferendi
stinent, partus n. stinetur. Sensus est, uero a superiora
huius duplicis clausulae, uel dnij translatione signifi-
cant, uel factu tradendi; neutra tamen stinet partu,
imo nec fructus, d. l. 3. § 1. Secunda est ibi: uerum si
emptor a venditore, nouam clausulam ita stipulatus
est, factum tradendi stipulatum intelligitur. Sensus

est, singulitur ex causa venditionis, rem dari, mittat in cunctis [illegible], transferre dominium: et degenerat verbum dari, ut tantum tradere significet, sicut etiam in l. [illegible] & de [illegible] verbis, quia non est verosimile, voluisse venditorem in plus obligari, per stipulationem, quam obligatus erat actione ex empto videlicet rem venditam tradere, et de evictione cavere, ut dixi lib. 2. opuscul. sect. 1. cap. 3. ex n. 3. Sed neque virtute stipulationis novam [illegible] inducit, quia stipulationes semper referuntur ad causas, quae [illegible], l. stipulationum §. [illegible] conventionalis, de V. O. notat, Baldus ind. l. 4. In his rationibus dubitandi, non agit [illegible] de actione ex empto, sed de actione ex stipulatu: et haec alia ratio dubitandi, eo spectat, ut evincat, rem dari, minus significare, in opposita stipulatione, quam ex terminis significat. Itaque qui sic dedu-cunt, stipulatio imitatur naturam contractus emptionis, et venditionis, ergo debet continere eosdem fructus: faciunt libertum contraria, et subtiliores sunt Papiniano, qui in hac 2. ratione dubitandi, nihil loquitur fuit de fructibus, sed tantum de effectu traditionis.

N. 54.

Sed Papinianus, ita format dubitandi rationes. Prima clausula tantum continet dominii translationem, secunda vero solum continet causam bonorum: imo prima clausula, rem dari, si adiiciatur super contractu emptionis, non operatur dominii translationem: ergo partus non veniunt, imo neque fructus; in dubio enim revocat, quod prius sine dubio dederat. His tamen non obstantibus in vers. sed tamen

decidit, partus etiam venire per illa verba, vacuam aut possessionem tradi; non quidem per illa sola, sed quia adiunctam superioribus, fundum dari, quod denotat copulatiue, ut in pto. diceram. Itaque ex utriusque clausulae coniunctione, ingeniose conxecturabit Pau. promissorem obligatum esse, ad tradendum fundum statim, et per consequens cum fructibus, et omni causa, quam habiturus erat, si illico sibi res tradita fuisset. Igitur tota de eadem ratio consistit in geminatione clausulae. Ut in hoc vide ussequentes Aurel. et Bon., in d. l. 52. § ult. Bart. in d. l. 3. § 1. Jason in d. l. 38 § 1. n° 2., Alciat. in d. l. cum fundum 34. n° 4. de rebus creditis, omnis aliis apud Genua in lib. Legum utilitatum, neminem tamen invenire potuit, qui litteraliter hanc exponeret, reliqua legenda sunt infra n° 58.

N. 55. Opponi etiam solet tex. in l. si fundum 114., de V. O., species est. Titius stipulatus est fundum sibi dari, certo die, veluti Kalendis Januariis: promissor die prestituta, fundum non dedit, quo moram fecit. l. traiectitia 22. de oblig. et act. l. vinum 22. de rebus creditis l. ult. de conditione triticaria. queritur, quid stipulator debeat sequi? Respondet Ulp. consequuturum esse, quanti eius interfuit, fundum prestituta die, datum non fuisse, Hunc sic expendeo. Stipulator consequitur, quanti sua interest, fundum sibi datum non fuisse ex die more. Sed in eo, quod interest, continentur fructus, post illam diem percepti, cum illos lucraturus esset, si in tempore sibi fundus traderetur. Igitur sive per directum, sive per indirectum veniunt fructus

ctus a die more in iudiciis stricti iuris, et non a die litis contestatae; sed Respondet hunc tantum loqui, non obligatione dandi, sed tradendi, quae est mere facti l. si ... di 28, de V.O., in qua fundo non tradito, succedit obligatio ad interesse, ut in omnibus faciendi obligationibus, l. stipulationes 72 vers. celsus, eod. tit. ... stabilio 43. § ult. de re Iudicata: ideo appellatione eius quod interest, veniunt fructus, non ut fructus, sed ut interesse, et quales percipiendi essent, ab stipulatore, sive maiores, sive minores, quam eos percepit possessor, ita ... Glo. 1. in d. l. 38 § 1., ubi Bart. et Iason, n° 2., et in d. l. si fundum 114. Fundant praedictam solutionem, ex eo quod ... loquitur de praestando fundo: praestandi autem verbum ad tradendum, quam ad dandum refertur, l. ex empto ... de act. empti. Sed quidquid dicant, nulla ratio est, cur stipulatio dandi fundum, non contineat fructus, cum maioris efficaciae sit, et contineat illos, stipulatio praestandi, aut tradendi. quare Alciatus in d. l. cum fundus 31. n. 4. de rebus creditis, Don. in d. l. 38. § 1. n° 13. existimant in mora, quae contrahitur, per adiectionem diei, venire fructus, quia ex die venit omne interesse d. l. in... num 22. Sed haec sententia, est expresse, ... videamus 38 § si actionem 7. ... Itaque praefero intellectum Cuiacii in d. l. ... tradi, Duareni, et Gifanii in d. l. 114., videlicet id quod interest continere verum pretium rei, eiusque estimationem, quam haberet ..., si sua die fundus praestitus esset, exceptis tamen fructibus, qui non computantur, quia advenientes, lite pendente non debentur, donec lis sit contestata. . . .

DE FRUCTIBUS REI DEVITÆ EX CONTRACTU BONÆ FIDEI

N. 56

Quando rei debitæ ex contractu bonæ fidei, veniunt fructus ex tempore moræ. Mora contrahitur, per extraiudicialem petitionem factam, congruo tempore, et loco, vel per aditum iudicii contractui adiecti, vel per litis contestationem; l. mora 32. de usuris, Traiectitiæ 22., de oblig. et act., l. si servum 91. § sequitur, de v. o., l. magnam 13. C. de contrahenda, et committenda stipulatione; ergo quoniam que ex his casibus incipiet fructus deberi, et pertinere, ad creditorem. Hæc conclusio deducitur ex l. in aliis omnibus 3. § 1. de usuris, ubi loquens Pap. de fructibus, et accessionibus rei petitæ, docet præstandos esse a litis contestatione in his iudiciis, quæ nec sunt bonæ fidei, nec arbitraria, idest quæ sunt stricti iuris. ergo in illis, ante litem contestatam, præstantur fructus, et accessiones, etsi a tempore moræ. Deinde, quia inter fructus, et usuras debitas, officio iudicis in ratione debendi, nulla differentia considerari potest, sed usuræ, ex contractibus bonæ fidei, veniunt a tempore moræ propter æquitatem contractus l. mora 32. § in bonæ fidei de usuris, l. in bonæ fidei 13. C. eod. tit. l. initio C. depositi inter emptorem, et venditorem, l. Lucius 24. l. die 25. § 1. depositi, l. 2. C. eod. tit. l. quæro § 4. locati, cum aliis. ergo et fructus veniunt. Hæc doctrina communis est, ut ea patet, ex Pich. nro, et aliis [illegible] in § act. 28 inst. de act. q. 6, quæ omnis illa [illegible] nulla ratione differentiæ probata

qq modis contrahatur mora =

inter fructus, et usuras agnoscere nollet. Int. Fab. de error. ous decade 11. errore 1.

N. 57. Aliquando tamen mora contrahitur re ipsa, id est ex tempore contractus, sine ulla interpellatione, veluti si fundum vendidit, illumque statim tradidit, spe recipiendi pretium illico; mora statim contrahitur, et usurae recompensativae incipiunt currere L. curabit 5. C. de actionibus empti: iniquum enim est, ut emptor fruatur fructibus rei, et simul interesse pretij, L. Julianus 13. § ueniunt 20. de act. empti L. liberalitatis 16. § 1. de usuris. Item si pupillo, tutorem habenti pecunia debita non soluatur, statim mora in pupillaris contrahitur, ut a contrario sensu probat text. in L. cum quidam 17. § si pupillo 3. de usuris. Igitur etiam in his speciebus morae ueniunt fructus in contractibus bonae fidei. =

N. 58. Ex quo sequitur in contractu emptionis, et venditionis, a die contractus celebrati, fructus venire L. ratio 3. § 1. de actionib. empti, L. si stipulatus 4. de usuris ubi Pap. ausus fuit asserere, post interpositam quoque stipulationem nouandi animo, super contractu venditionis, fructus posse peti a die contractus, non actione ex stipulatu, quae stricti iuris est, ut supra dixi, sed actione ex empto: quia nouatio tantum tollit, quod transfundit in sequentem obligationem: sed non transfundit causam fructuum, quoad illis superest actio ex empto, d. L. 3. § 1. Acurc. et Cujac. lib. 27. quest. Pap. in d. L. 4, et lib. 14 observat. cap. 3. Ant. Fab. in d. L. 3. § 1. Probatur etiam ex L. fructus 13. C. act. empti iuncta L. 1. C. de periculo, et commodo rei vendite, ubi extat ratio: quia cum periculum perfecta emptione statim ad emptorem expectet, cum autem Inst. de empt. et vend., et quum certum est, ut commoda rei, ad ipsum pertineant L. secundum naturam 10. de R. I.

quam rationem illustrat multis relatis Dnus Tapia 2 tom. Catenae moralis lib. 5. q. 16. art. 15 L. post perfectam 16 C. de act. empti, ubi extat regula explicatio, nempe ut venditor deducat expensas, itaque fructus ante aequi... pervenerint, ad emptorem expectare ex ... eodem tit. L. cum re 6. C. de pactis inter empt. L. necessario ... de periculo et comm., docet Jaso. in ... 78 § ult. n.° 3. de V. O. Ex quo apparet facilis explicatio text. in L. videamus 38, § ex causa 8. de usuris, ubi docet Paulus, ex causa emptionis, fructus praestandos esse, nempe, a tempore perfecti contractus, ut in L. venditor 21. vers. quemadmodum. de hereditate, vel act. vendita. Ipse ex praedicta aequitate, qui pretium rei non solvit, fructus interim perceptos non lucratur; vel qui partem pretii solvit, ratam partem fructuum lucravit, Paulus et ibi Cujac. lib. 2. sententiarum t. 17. § 2. vel cum ... si venditor fidem de pretio habuerit, quod interim sibi satisfactum esset, venditum ... deveniret. docet Cob., lib. 1 variar. cap. 15 n.° 2., Praeceptor D. Nicolaus de la ... praelectione 3. Salmantic. 51, n.° 8. Notandum est, quod causa morae irregularis, propter quam fructus veniunt, atque poenae ... quis in emptione.

N.° 59. Veniunt etiam pendente contractu tempore L. Julianus 13. § si fructibus 10. de act. emp., nisi nominatim excepti sint. L. qui fundum 40 § cum fundum 4. de contrah. empt.: alia quidem ratione, nempe, quia a fundo, ipsi venditi cum ... et per aequati, cum pretio rei principalis, ut docent Joan. de Imola, Castrensis, Alex. et Jaso. n.° 3. in prin. Don. n.° 10 in d. L. 78 § ult. de V. O. Cujac. et Fab. in d. § si fructibus Covarruv. quaestionis utraque

rationem rimgat d. cap. 15. apud Tirag. de retractu conventionali § 5. Glos. 4. Caldas Pereira de empt. et vendit. cap. 22. nº 16, l. ui. t. 5. p. 5. et ibi late Hermosilla. quid uero si fisci dominus dimisit, quod b. catur erat, et a Colono satur, rursus quod pensiones pertinebunt ad emptorem? huius rei extat expressa decisio ind. l. Iulianus 13. § si in locatus 11, ubi docet Consultus per traditionem, pensiones ad venditorem pertinere nisi expresse dictum sit, ut ad emptorem expectet, et tamen Accurs. ibi scribat, teneri venditorem cedere actionem in fauorem emptoris, ut eas sibi exigat pro fructibus, quos percepturus erat; quod ita temperat Castrensis, et Salicetus, et alij ueteres, apud Cobarrub. d. cap. 15. nº 3. uers. sed ..., ut in distributione pensionis consideretur tempus quo fructus percipiuntur; ut si venditio facta sit, post fructus perceptos, necdum dies pensionis uenerit, pensio integra expectet ad venditorem: Caeterum si fructibus pendentibus, fundus distractus fuit, pensio quae postea cedat ad emptorem expectet, quamvis a venditore ante diem exacta sit, arg. ex l. defuncta § 8 de usufructu. In pensionibus tamen domuum, quae quotidie cadunt nec spectant maturitatem, debent diuidi pro rata arg. m. ex l. si opera 26. eod. tit. Et cum videant in Iulia in fine, dicunt ipsi, post perceptos fructus ante diem pensionem ad emptorem pertinere: respondent in venditione facta a fisco, generaliter retinendum esse, pensionem ad emptorem expectare, siue ante, siue post fructus perceptos, venditio facta sit, quia emptor tenetur stare locationi in illo casu, et generaliter dicit Bartolus.

emptorem 3. C. de locato, ut hoc incommodum, periculi modum emptori repperetur, ita cum Bart. et veteribus ... Cob. obligatione caldas d. n.º 18, Ant. Fab. in d. l. 53. § in locatis.

N. 60 Verum haec doctrina, non potest aplicari tamen in d. § ..., ubi absolute docemur, diversum esse in ingressionibus, prediorum rusticorum et aliorum, ac in fructibus, quae non spectant ad emptorem, nisi ita nominatim convenerint, ut supponitur in l. sive fundum 68 de contrahenda empt., l. si mercede 53. de act. empti, quam differentiam in praxi receptam esse testatur Tesaurus, decis. 55. Peregrinus de fideicommissis art. 49. ex n.º 92. Quare ut haec comprehendamus, Imprimis noto, emptorem posse expellere conductorem a fundo conducto, quia conductio resolvitur per emptionem, l. emptorem 3. C. de locato: ergo per hanc viam emptor percipiet sibi fructus, tamquam exercitanator; et colonus habebit regressum contra venditorem pro suo interesse, ut probat tamen in d. l. ult. de iure fisci. Deinde noto inter contrahentes, ad hoc damnum evitandum, solere caveri, ut pensiones pertineant ad emptorem: quo pacto interposito cogitur emptor locationi, et colonum expellere, non potest; sed quia actio ex locato pro pensionibus personalis est, et adheret ipsi venditori, non aliter potest emptor contra conductorem agere, quam cessis sibi actionibus a venditore, ut docet cum multis unus Doctissimus olea, de cessione iurium et actionum t. 4. quest. 7. per totum, itaque si hoc pactum non interponatur, nec emptor expellat conductorem, tunc pensiones ad venditorem expectant, quae non veniunt immediate ex domo, sed ex industria locatoris, ut docuit Cujac. lib. 25. obs. cap. 3. In causa tamen venditionis fiscalis vera est doctrina, et ratio antiquorum

ut idem Cujac. censet, ne periculo suo maneat obstrictus si emptor, conductorem possit expellere. Ergo idem erit dicendum in quacumque venditione iudiciali, quia nec emptor expellere potest colonum, ut docet ex multis Gutiérrez lib. 2 canonicarum cap. 8, nº 58, et 59., Olea in predicto tractatu. tit. 4 quest. 3 nº 10. =

N. 61. Ex hac ocatione quaerunt doctores quid dicendum sit, si res vendatur sub pacto de retrovendendo, quod quale sit exponitur in l. 2 C. de pactis inter empt. et vend. l. 42. t. 5. p. 5. Nihil est tam facile, quam questionem disolvere, cum enim revenditio, sit secunda venditio, l. ab emptione 58 de pactis, consequens est, ut fructus, qui eo tempore pendent, pertineant ad secundum emptorem, d. l. si fructibus 20, quod diserte probat Bou[illegible] l. 2. l. cum te 6 C. d. tit., ubi redemptori fit restitutio cum fructibus, nihilominus, cum antiquioribus Tiraq. de retract. et Glosa. Cob. d. libr. cap. 15 nº 6 et 7., Ant. Thesaurus decis. 56, Escobar de ratiociniis computat. ult., existimant sine ullo iuris testimonio, equius esse, ut pro rata temporis inter utrumque fructus dividantur, ne secundus speret tempus maturationis fructuum, et tunc ad redemptionem accedat, fruatur que fructibus, et simul pretio quod usque ad vendendum retinuit. que praxis, per consequens recipienda erit, si dies redemptionis in initio contractus apposita non fuit, alioquin omnes pertinebunt ad redemptorem, cum ab initio contrahentes viderint, quo tempore disolvendam sit venditio, nec interest, quod nullum lucrum acquisiverit emptor, nam hoc ex voluntaria conventione pervenit: eo maxime, quod hic contractus minori pretio celebratur ob incommodum retrovendendi

ditionis ut do et Illust. Iagio 2tom. catena moral. lib. 5. q. 16 art. 19.

N. 62 Si vero fundus sub l. commissoria vendi tus sit, ut nisi tali die pretium solvatur, fundus inemptus sit; et emptor pretium non intulerit, fructus quidem interim adquirit, sed revocabiliter, tenetur que eos venditori restituere: quia resoluto contractu causa reducitur ad non causam, quare sine titulo manent fructus apud emptorem. l. lipes. iuncta l. 1. de l. commissoria nisi aliquam partem pretii dedit emptor in numerato, quam perdidit, quia residuam partem non soluit, quo in casu obtinuit Neratii sententia, ut in compensatione damni accepti fructus, ac interim percepti, pertineant ad emptorem l. si fundus 4 in princ. et §. 1. eodem. adeout si venditor retinere velit partem pretii, et simul fructus petat, audiendus non sit, contra aequitatem contractus, quo habito tale pactum appositum esse, l. sed Celsus 6 §. 1. de contrah. empt. Idem dicendum est si fundus vendatur sub pacto additionis in diem ut si melior conditio allata sit a priori emptione recedatur. Allata quippe meliori conditione fructus interim percepti ad venditorem spectant, pendentes ad novum emptorem, quia prior emptor tantum est dominus revocabiliter, l. 2. §. 1. l. item 6. l. Imperatores 6 de in diem additione, l. ult. 11. §. si fundus 10, quod vi, aut clam. ceterum, si emptio incepit a conditione, utputa in contractu de in diem additione nec lucratur emptor fructus dominio revocabili, sed semper domini fuerunt, et per consequens potentiam venditori, si melior afferatur conditio, l. ubi autem 4. eodem tit. quod pendente conditione, fructus ad emptorem non expectant l. necessariis 8

N° 63.

§ 1. de periculo, et commodo rei venditae.=

Haec dicta sunt de duabus resolutionibus, quae accidunt ex propria voluntate contrahentium. Videamus modo de redhibitione, quae ex nova causa, plerumque evenit. Habemus certam definitionem, in l. cum autem 23. § cum redhibetur 9. de aedilitio edicto, fructus perceptos, et omnem causam emptori restituendam esse: quia voluntate sua rescindit venditionem nec ex ea potest commodum captare, l. illud sciendum 29 § condemnatio 2 eodem tit. Arias Pinelus in l. 2. C. de rescindenda venditione 2. p. cap. 4. n° 63. ex eadem ratione, si venditio rescindatur per restitutionem in integrum fructus etiam restituendi sunt, l. quod si minor 24. § restitutio, l. si patri 27. § 1. de minoribus, l. 1. C. de reputationibus. Covar. lib. 1. variarum cap. 3. versum Caldas Pereira in l. si curatorem habens, verbo implorandum ex n° 13. quid ergo dicendum erit, si ob laesionem ultra dimidiam justi pretii venditio rescindatur, per textum in l. 2. C. de rescind. vend., cap. cum causa de empt. et vendit., l. 56 t. 5. p. 5., in qua questione, non habemus decisionem iuris, ideo variant interpretes. Ego sic distinguerem, si emptor est, qui petit rescisionem, ut in l. 1. t. 11. lib. 5. compilat. dicerem restituendos esse fructus, quia ipse est qui intentat rescisionem, quod si venditor rescindi contractum postulet, fructus restituendi non sunt, quia emptor, suos fecit perceptos, ex dominio praesenti, et perfecto; pendentes tamen ad venditorem expectabunt exsolutis expensis, argumento ex d. § si fructibus 10, et ita in concordiam, possunt reduci contrariae sententiae autorum, negativam enim tenent Pinelus ubi proxime ex n° 2 et ibi Padilla ex n° 50, Ant. Gomez tom. variar. cap. 2. n° 24, Petrus Barbos. in l. divortio 8 § ult. ex n° 45. solut. matri. affirmativam tenent Costa in § et quid si tantum 29. n° 12,

Cobar. lib. 2. variar. cap. 3. nº 9, Nauar. in cap. nouit. de iudicijs, in fine, Molina in emporio iuris tit. 9. quæst. 21. Proqq opinionibus defensandis in varias clacu diuisos, plus quam sexaginta autores, referunt Hermosilla in d. l. 36 Glos. 4 Sainez ad Ant. Gom. d. nº 29. quando vero propter enormissimam uenditio rescinditur, ioque communiter placet fructus esse restituendos Sarmiento dicit. 66 Granatensi ex nº 8. Nogerol allegat. 18 ex nº 109, et Allegat. 29. nº 226. olea, de cessione iurium et actionum tit. 2. q. 1. nº 82.

N. 64. Absoluto tractu de fructibus, qui ueniunt in contractu emptionis, et uenditionis, sequitur, ut de alijs contractibus bonæ fidei, dispiciamus. Imprimis in contractu societatis omnes fructus pendentes, et deinceps percepti communicantur, quia et res ipsa communis utrique communi socio efficitur, l. 4 § sicut 3. communi diuidundo, l. pro socio 38 § 1. pro socio. Idem inter heredes obseruatur in fructibus iacente hæreditate, pendentibus, uel perceptis. l. 2. C. de pet. hered. l. n. et ambiguum 9. C. fam. hercisc. l. n. solum 56 ff. eodem tit. iuncta l. uideamus 38. § sed in societatibus et § item si 29. de usuris: nisi unus ex coheredibus fundum hereditarium, bona fide tanquam proprium coluerit, nam tunc ipsi cedunt, ut bonæ fidei possessori, l. inter 44. § fructus 3. fam. hercisc.

N. 65 Aliæ actiones bonæ fidei sunt personales, per quas petimus rem nostram, nobis restitui, quæ numquam fuit tenentis, et nudam tantum detentionem a uocant. In his omnes fructus ueniunt, uelati si repetam depositum, uel commodatum; patet est omnes fructus mihi restituendos esse: nulla enim causa est, propter quam eos lucretur depositarius, uel commodatarius, quia fructio non conceditur. d. l. uideamus

38. § si possessionem 10, l. 1. § hac actione 23. cum seq. ff. depositi, facit text. in l. sicut certo 5. § usque adeo 3. ff. commodati; Sing. speciebus, de mora disputari non potest, quia semper fructus domino cedunt, qui ex re eius percipiuntur. =

N. 66

Sic similiter, quando ita tradidit rem, ut in aliquem eventum transferretur dominium, alioquin semper apud me maneret: vel ad me reverteretur, si eventus non accidisset, fructus medio tempore percepti, cum re ipsa mihi debent restitui, ut de l. commissoria, ad ditione in diem, supra dixi. Alia exempla adducit Paulus in d. l. videamus 38, quae breviter subtraho. Primum extat in § 1. Dedi tibi fundum, ut aliquid mihi dares, vel causa dotis; postea non adimplevisti, vel penituit me fundum dedisse, quia antequam facias ex tua parte, licet mihi a contractu recedere, l. si pecuniam 5. de cond. causa data. vel repudium intervenit, ex alterutra parte. in his omnibus casibus respondet Consultus fundum cum fructibus esse restituendum, omnibus scilicet, tam ante, quam post dissolutam causam perceptis, si fatum non restituit is, qui accepit, quod significat utrumque mora, ut forsan in l. 3. § si per venditorem de act. empt. quod hic dicitur de fructibus, dicitur etiam de partu ancillae, in l. qui se debere 7. § ult. de condictione causa data; quia ut fructus ad dominum spectant, ita et partus, neque apud extraneum remanere reponitur. Haec est propria ratio: aliam etiam praestat Paulus in d. § 1. ne alioquin sponsus, fundum negligat, existimans, ad suum periculum non spectare fructus, neque obligatum esse ad restitutionem. quam immerito carpsit Faber in d. § ult., licet enim non sit agrior, nihil ab-

iurdi' otinet. Idē dicēdū est si quis mortis causa do-
naverit, et tradiderit fūdū iuxta terminos leg. 2.
ff de mortis causa donat., et postea vel convaluerit, vel
donationē revocaverit, qq modis donatio revolvitur.
§ 1. inst. de donat.: res enī cū fructibus restituēda
est, quia causa ad n. causā reducitr., et dniū recedit
a donatario, ta quā si aquadeū n. recederit dl. vide-
amus 38 § idē que 3. l. cū quis 12. de condit. causa
data, cū multis laudatis in decisio doct. Noguerol.
allegat. 29 nº 225. Oxea Parra decit. granaten.
76 nº 34. et seq. Aria Pinel in l. 2. C. de rescind.
vend. 2. p. cap. 4 nº 63. expenso, elegantī textu in l.
quotiens 13. C. de rei vind., aliquādo tamē fructus extāt res
vindicavit, nempe si tāli n. transtulit dniū, sed in casy...
bus, ut in l. si mortis 29. l. senatus 35. § 2. de mortis ca-
usa donat., quia si donatarius n. acquirit dniū, nullo mo-
do pt. facere fructus suos, ut sup. dixi. De qua differentia
latius agunt Duarenus ad tit. de cond. causa data cap. ult.,
Castrensis, et Gifanius ind. l. 29. Cujac. tract. 2. ad African.
in l. si filio 23 de mortis causa donat. Ant. Fab. de erro-
ribus decade 44. errore 10 Don. et Ubaldus lib. 4. cap. 33.
et nos aliqua diximus lib. 2. conjec. ... 2. cap. 5. Idē dicēdū
est, si causa pter quā finaliter datū fuit, conjunctr. inva-
ta. ita quidē, ut neque abinitio contraxerit, res data re-
stituē da est cū fructibus ex omnicausa. Exempla extāt
in l. uxori 27. de usufructu legato l. 2. l. cū quis 8 de his
qq ut indignis l. 1. C. codē tit. Vel si est nulla abinitio,
ex defectu solemnitatis, vel alio, l. 1. C. de causis, et fide
hastis, fiscalis, lib. 10. ubi Almaya ex nº 13. Vel si iudicium

liter remissa sit ex defectu, qui ab initio inerat, ut in l. filio 16 § 1. de inofficioso testam. Nogerol. ubi proxime ande etiam si causa fuit erronea, valuit, quia indebite fiendus solutus fuit, cum fructibus est restituendus l. indebiti 15., l. si in sorte 26. § libertus 12., l. in summa 65. § eiquis. de cond. indeb. d. l. videamus 38 § item si 2. de usuris. Itaque omnia hec remedia sunt personalia; sed quia naturali equitate sustinentur, ut res in suo statu integre reponatur, fructus restituuntur domino, vel quia nunquam ab eo domini recessit, vel quia recessit, ut resoluta causa, non videatur recessisse l. cum filius 26 § qui mutuam deleat.

N. 62.

Denique alia regula proponitur, ut sciamus quando res cum fructibus restituenda sit, nempe cum lege, statuto, vel edicto Pretoris iubetur, ut res restituatur: nam tunc ex significatione verbi restituo, veniunt etiam fructus l. in condemnatione 173. § 1. de Reg. J. Et explicationis gratia quedam exempla subijcio: primum stat in d. l. videamus 38 § in Fabiana 4., si res alienata in fraudem creditorum revocetur, fructus restituuntur. Et quidem fructus qui pendebant alienationis tempore omnimodo restituendi sunt, quia cum sint pars rei, l. fructus 44. de rei vind., et illis etiam fraus commissa fuit, per consequens restituuntur. qui pendent tempore restitutionis, quia restituuntur, item omnes percepti post iudicium acceptum, quia res cum sua causa restituenda est l. ait Pretor 10. § per hanc 19. cum seqq. que in fraud. cred. Percepti vero medio tempore non restituuntur l. ult. § non solum 4. eod. tit., ratio est, quod fraudator fuit dominus rei rescindendo titulum, tamquam ab initio invalidus, sed potius quod valuit, et quamvis particeps fraudis, non est

malæ fidei possessor, sed dnus, quæ tn̄ bls fraudaṫe, qua redefructibus perceptis n. tenetr. , ii. t. s. o. s., Finezza cap. 8. nº 63. Nec obstat tex inst. l. 10. § præterea, vbi si in fraudē creditorū debitor alicui debitori suo, acceptō tulerit obligationē; etiā hæc alienatio reuocatr., et restauratr. verū obligatio, l. hac in parte 14. eodē tit.: adeo quidē ut in restitutionē veniat emolumē, quod medio tempore sensit debitor liberatus. Nam respondetr. sublata acceptilatione, quæ est restitutionis effectus, ne duē tn̄, ut perinde omnia agantr.; ac si semper debuisset: in hoc insert, in quo fraudatr. creditores, videlicet in vsuris, quas medio tempore n. intulit debitor liberatus: quæ ōis enī earū dies n. venerat, iā debebantr., et quasi pendebāt, exquo fuerunt promissæ l. 3. C. de vsuris, quare tanquam fructus pendētes tempore alienationis reuocantr.; prohibuerunt licet n. ita Fachin. in § 1. inst. de officio iudicis ex nº 12. Amaya lib. 3. obseru. cap. 1. § 2. ex nº 42. Secundū exemplū ponit tn̄ in interdicto unde vi, quod cuius est per verbū restituas, l. 1. de vi et vi armata: ideo fructus veniūt ex quo die quis deiectus est, quo deiector, nulli n. is quæ ius habuit, praeter quod fructus lucraretr. l. 1. § ex die 40., l. in interdicto 6. eodē tit. l. si de possessione 4. C. eodē tit. vbi n. tantū n. tantū perceptos, sed quos percipere posset deiectus, de quo videa nu. 38 § et ideo 5. cap. conquerente 7. cap. grauis 14 de restitutione spoliatorū, l. domū 5. C. de rei vind., quia violentus possessor, est plus, quā prædo, aut malæ fidei possessor l. merito 13. de vi et vi armata, de qua dixi, in relect. de interdictis 2. p. nº 2. Idē militat. quando clandestine rē alienā vsurpauit, d. l. 38 § interdicto n. l. semper 15. § ult. cū seq. seqo.

l. si ult. 22., quod vi, aut clam, et in edicto, de eo quod metus causa data, l. 38 § item si vi 6. l. sed et partus 12. de usu fructu metus causa cod. Abazz. de lit. quaest., ibi cum integra restitutio universa — ubi docet clarissime adeundum Magonvola l. 23. ex n.° 210 et n.° 213.

DE FRUCTIBUS LEGATORUM SEU FIDEICOMMISSORUM

N. 68

Prima conclusio

Hic articulus multis distinctionibus autorum involutus est, ideo maioris explicationis causa, per conclusiones procedam. Et Primarie, circa fideicommissa universalia. Fructus ex hereditate percepti, ab herede fiduciario, restituendi sunt fideicommissario, si id expresse testator iusserit. Veluti si iubeat, ut cum incremento restituat, l. si ita 43. § legavit 2. de leg. 2. l. in fideicommissaria 58. l. facta 63. § si heres 4. ad S. C. Trebel. cui adiungendus est Suarez ad l. Aquil. lib. 1. cap. 5. sect. 2. deduct. quarto, et quartam fructuum, et reliquum incrementum restituendum ex voluntate expressa testatoris, ut docuit Marcus Ant. Peregrinus de fideicommissis art. 49. ex n.° 9. Idem dicendum est quoties sufficienter apparet ex coniecturis voluisse testatorem, ut incrementum fructuum restitueretur. Prima coniectura est, quando in dilatione temporis, voluit testator consulere honorato, et non gravato, ut in l. Seius 46. ad S. C. Trebel., tunc deducta falcidia, et cum fructibus reliquum cum fructibus perceptis restituendum est, l. liberto 21. § filium 2. vers. idem quaesiit: de annuis legatis, ubi gravavit novercam de restituendo fideicommisso filio, ut in infirmitate filii remedium haberet. Sic in l. 3. § Polidius 3. de usu-

ris, ea d. coniectura inducitur quia testatrix Polidi heredes [illegible], ut lucrum [illegible] filiorum consulerent, et cultarent periculum tutelae, ideo bona post legitimam etatem, restituere iussit. Secunda coniectura est si enixe, testator desiderauit, ut tota hereditas restitueretur; veluti si dixit, quidquid ex bonis meis, ad te peruenerit rogo restituas: ut in d. l. 3. § n. nec quam 2. tunc enim, quae bona fidei commissa sunt agrauato ante diem fidei commissi cedentem, non restituuntur; sed supplent patrimonium fructus interim percepti, l. mulierem 22. § cum proponeretur l. titius 55. ad S.C. Trebel. Vel si geminato precepto restitui iussit, quantam cumque pecuniam cum que omnem, l. Ballista 32 eodem tit. quinimo si testator dixit, quantam pecuniam ad te ex mea hereditate peruenerit restituas: fructus ueniunt; quia illud relatiuum quanta induxit diminutionem, et per consequens debet inducere augmentum fructuum, l. scripsit 33 eodem tit. quod in legatario rogato per fidei commissum restituere quidquid ex testamento ad eum peruenit docuimus in l. 2. § mulier in fine de dote prelega.

[illegible] Sed huic parti obstant text. in l. quod his 83. de leg. 3. l. heredes 57. l. deducta 58 § hereditatem 7. ad S.C. Trebel. [illegible] non teneri fructus interim perceptos restituere, eum qui rogatus est restituere quidquid ex hereditate, bonisue testatoris ad eum peruenerit, sed ut respondeam, noto differentiam esse inter haec uerba quidquid peruenerit: et haec, quidquid superfuerit: quia haec postrema augmentum, et diminutionem significant, et per consequens fructus etiam continet, deinde noto aliud esse hereditatem aliud bona, bona naturaliter significant, res in hereditate contentas; hereditas uero significat successionem ipsam, quae desinit esse talis, et incipit esse patrimonium heredis postquam semel

adita fuit, l. Quaeteri de acquir. possessione, ? dicitur ro... tur restituere, quidquid superfuerit ex haereditate, n. i... rogatus defructib., rogatus vero restituere, quidquid superfuerit de bonis tenet. fructus restituere l. 3. § non nunquam de usuris, quia fructus n. haereditati, sed ipsis rebus accedunt ... rogatus restituere omne quidquid ex haereditate superfuerit, tenetur restituere, quod superest de corporibus haereditariis, n. quod diminutum fuit sine culpa: et est tenetur restituere fructus; quia praedicta verba important diminutionem, n. augmentum d. § quod ex haereditate 1., quae sic elegantes explicat, et ab emendatione Cujacii defendit Merillius lib. 3. variantium cap. 32., cuius doctrina videtur esse veterum, quam refert Peregrinus d. art. 49. ex n.° 23., nec multum distat intellectus, quem praebet noster Amaya alias laudatus lib. 3. observat. cap. 1. § 1. ex n.° 13., postrema coniectura est si testator minus reliquit, quam iussit restitui, censetur enim voluisse suppleri ex fructibus, quod deficiebat rei, ut omnimoda, et plena restitutio fiat, seu sic intelligendi in l. ... ro § cum quidam 2., l. cum pater 77. § ... 31. de leg. 2. l. quod bonis 15. § quod autem 3. ad l. falc., et hoc non tantum procedit in haerede gravato restituere aliquam quantitatem, substantia haereditaria maiorem, sed etiam in legatario, qui plus iubetur post tempus restituere, quam accepit, l. filius fam. 114. § apud Marcellum 3 de leg. 1., quam expositionem agnoverunt Cujacius, et Gobeanus in praedictis textibus, sed melius expresserunt veteres, et post eos Peregrinus in d. articulo 49. n.° 34. et multis ... more laudatus Vicentius Fusarius de substitutionibus q. 626 n.° 23. Pinelus lib. 1. selectarum cap. 1. per totum maxime n.° 18

N. 70 Secunda conclusio sit: fructus collecti, vel percepti a testatore, et si adhuc extent computantur inter bona defuncti, et eius patrimonium augent, quare de illis idem dicitur, quod de ceteris bonis aug. excl. ita tenendum 20. § [illegible] de pet. hered., docet cum multis Fusarius ubi proxime n. 1. Idem dicendum est de extantibus in ipso fundo, maxime si maturi sint; imo licet non sint maturi, modo non sint seminati a testatore, quia propter illos fundus pluris extimatur, et ideo [illegible] augent hereditatem tempore mortis. Casus extat in [illegible] 15. de vulgari, in qua fructus augent in hereditate, idest pendentes tempore quo dies restitutionis venit, restitui debent, ipse quod Pap. ait in l. in lege 9. ad l. falcid. fructus postea perceptos, qui maturi erant tempore mortis, augere patrimonium defuncti non est precise accipiendum de maturis, et non aliis, ut volebant Cujac. et Gobran., sed per modum explicationis, et facilioris comprehensionis, maxime si maturi erant tempore mortis, ut censet Glos., et communiter doctores apud Peregrinum d. art. 49. ex n. 16, Simon de Praetis, de interpretat. ultimarum voluntatum folio mihi 341. n. 3., Mantica de coniecturis lib. 7. t. 10 n. 14. Fusarius d. q. 626., n. 4., quod non procedit in partu ancillae praegnantis tempore mortis, postea edito, quia licet augeat matris valorem l. si quod ex Pamphila 13. de leg. 2 non aliud tamen est, d. l. in lege 9. § 2 de mortuo inferendo, iuncto Merillo lib. 1. priorum observationum cap. 16. et quia nulla ex parte ista, aut cura hominis ex parte domini in his fructibus est. Unde et ad fetus pecorum hanc decisionem cum iudicio extendunt Alex. et Angelus in eadem l. 9 quos adversus Castrensem

Secunda conclusio.

3ª Conclusio
N. 71.

sequitur Peregrinus nº 18.

Tertia conclusio sit fructus percepti post mortem testatoris, et ante aditam hereditatem, qui permanserunt semoti a testatore, non computentur in valore hereditatis, nec augent patrimonium defuncti; id dicendum est de industrialibus natis post mortem defuncti, et collectis ante aditam hereditatem, quia ad computandum valorem bonorum perpetuo inspicitur tempus mortis, l. in ratione 30 l. inquantitate 73 ad l. falcid., eos tamen non lucratur heres sed imputantur in quartam, quam deducturus est per legem falcidiam, ut si fructus excequent quartam nihil deducatur, si minus, tanto minus deducat, sed quando aliquid superesset, de fructibus nihil retinuit, quia fructus non hereditatis, sed ipsis rebus feruntur accepti, l. in fidei commissaria 18 § 1. ad trebel. Ratio vero propter quam hos fructus imputat est, quia ex iudicio defuncti coepit percipere censetur, et sic inde satisfacit deductioni, l. mulier 22 § si heres 2 in fine eod. tit. quae conclusio communis est ex auctoribus supra laudatis. et habet locum propter eandem rationem etiam in fructibus perceptis ante diem vel adventum conditionis sub qua datum fuit fideicommissum l. licinius 48 l. imperator 70 § 1. de leg. 2. l. quod de bonis 15 § fundus 6 l. filius fam. 18 § 1. l. qui quadringenta 88 § 1. ad l. falcid., l. deducta 58 § ante diem 5. ad trebel. Sed advertendum est quartam falcidiam, vel Pegasianam ipso iure induci a die mortis testatoris, idest ipso iure segregari a reliquo patrimonio defuncti, l. lineo 26 ad l. falcid.: quare fructus, qui correspondent falcidiae ipso iure ad heredem pertinent, reliquos fructus imputat in falcidiam l. Papinianus 6 § unde sequitur de inofficioso

de inofficioso testam., l. mulier 22. § heres 2. vers. alia l. ita tamen 22. § heres ex asse ad trebellianum l. ult. t. 11. q. 6. Peregrinus d. art. 49. n.° 53. Menoch. de arbitrarijs casu 286., Faber de erroribus decade 11. errore 3, et 5. Amaya lib. 3. observat. cap. 1. § 1. ex n.° 13. Fallit tamen ex constitutione Zenonis de qua in l. iubemus 6. C. ad trebel. in liberis primi gradus, quorum si aliquis rogetur partem suae hereditatis post mortem alij restituere, deducit quartam, nec imputat in eam fructus. De cuius intellectu post classicos videndus est late Peregrinus ubi proxime ex n.° 15., et 55.

N. 72. Quarta conclusio est — Quarta conclusio

post quam addita est hereditas, et dies fideicommissi cessit, et paratus est heres fideicommissum restituere, quod ideo non restituit, quia fideicommissarius est in mora illud agnoscendi, et petendi; fructus interim percepti heredis fiunt, taliter, ut nec in quartam imputet. quia non ex iudicio testatoris, sed ex negligentia fideicommissarij illos percipit l. in fideicommissaria 18. § quotiens, l. mulier 22. § heres 2. l. ita tamen 7. § 1. l. si postulaverit 44. § sed in nuius modi l. deducta 58. § qui post tempus 2. ad trebellianum, quae regula limitatur si fideicommissarius pupillus est, vel valde absens, cui propterea nulla negligentia imputari possit, ut ex iudicio, et equitate docet Cavensis ind. § si heres, Simon de Praetis d. fol. 391. n.° 11. Costa in cap. si pater verbo obliqua n.° 86 Fricarius ubi proxime ex n.° 53.

N. 73. Postrema conclusio est; — Quinta conclusio

post quam fideicommissarius acquisivit animo bonitarium

fideicommissi, per restitutionem, et traditionem heredi, omnes fructus ad eum expectant, l. Herennius 42. de usuris, quam sic recte accipit Ant. Fab. lib. 1. coniecturarum cap. 4., cuius doctrinam in fideicommissis universalibus libenter extendo ad casum, in quo facta fuit restitutio etiam verbalis: quia restituta hereditate omne ius eius transit in fideicommissarium l. restituta 37. ad trebel. et ita sentiunt communiter posteriores Ant. Gomez tomo 1. variar. cap. 5. n° 5. Menoch. d. casu 256. n° 27. Peregrinus d. art. 49. n° 88 Fucarius d. quest. 626. n° 63. : Male tamen accipiunt vulgo d. l. 42. de die fideicommissi cedente Peregrinus n° 91. Fucarius n° 67. Molina lib. 3 de primogeniis cap. 11. in multis locis; quod non loquitur nisi de acquisito dominio per restitutionem, ut optime docet Fab. d. cap. 4.

N. 74.

